
IV





1542.

Actum in Byecz feria tercia ante festum S. Mathei apostoli et evangelitae proxima A. D. 1542. Oblatae sunt coram officio castrensi Byecensi die hodierno supra expresso videlicet feria tercia ante festum S. Mathei apostoli et evangelistae proxima litterae S. M. R. sub titulo et sigillo suo Actus de vicecancellario emanatae nomine laboriosorum kmethonum villarum Rozenbark, Racrlawicze et Sythnyera quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis

Sigismundus Dei gracia Rex Poloniae Magnus dux Lithvanie, Russie, Prussie, Mazovieque etc dominus et heres.

Significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quia cum incolae villarum nostrarum Rozenbark, Racrlawicze et Sythnyera tenute Generosi Iohannis Tharlo de Szczekarzowyce incisoris nostris de eodem suo tenutario nobis conquesti essent variis se affectas esse iniuriis et quod cogerentur ad plures dies laborandum, quam novem ad quos ex antiquo essent obligati, nos ut querelis istis finem faciamus innitentes statuto Thorunii de laboribus kmethonum sancito et edito decrevimus et perpetuis temporibus ita observandum decernimus, quatenus unusquisque incola villarum prefatarum nostrarum non plus quam unum diem in qualibet septimana laborare teneatur et sit obligatus ita, quod omnes qualescunque labores ad septimanales dies computari debeant, ceterum quod attinet id, quia homines nostri querantur de prefato tenutario nostro pro racione quarundam ducturarum vulgariter przewozow exigeret ab eis et eorum quolibet metretam avene et unum grossum singulis annis, vel pro hiis decem grossos pecunie nos attendentes onerosum id esse ipsis nostris hominibus invitis dare, decernimus presentibus, quod prefato tenutario ad pendendum et dandum huiusmodi avenam, deinceps minime teneantur

verum ducturas ipsas, sique ex veteri consuetudine in eidem fuerunt facere et obire sint obnoxii postremo ad querelam eorundem Kmethonum nostrorum de porcis et suibus in silvas nostras regales agi et dari solitis volumus et decernimus, quatinus prefatus tenutarius noster dum silve nostre fuerint germinantes extunc racione pascuorum pro veteri more ab eis recipiat, quod si vero in nostris silvis pascua non fuerint alias zyru ob sterilitatem anni licebit tunc prefatis nostris Kmethonibus in alienis silvis pascua porcis seu suibus convenire et appreciare sine tenutarii ulla contradictione. Item de recepcione agrorum quatuor hominibus nostris, et quo prefatus tenutarius fassus est aliquibus agros se solvisse et quibusdam non decernimus, quatinus reliquis eosdem exolvat. Item si alias nunquam vere seu pensum exercere fuerunt obligati similiter si nunquam acervos straminibus propriis tegere et preparare et particas vulgariter brozyny facere et comparare ipsi coloni nostri non tenebantur, volumus ut a talibus premissis decetero sint liberi, si vero precedentibus tenutariis antiquitus id de consuetudine prestabant, ut et huic prestent decernimus. Harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Cracovie feria secunda infra octavam Nativitatis Beatissime virginis matris Marie anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo regni vero nostri anno trigesimo sexto. Samuel epus Plocensis et vicecancellarius scripsit.

Liber inscript. Bicc. t. 10 str. 629.

1542

Actum in Byecz die dominico post festum S. Francisci confessoris proximo 1542

Oblate sunt coram officio castrensi Byecensi die hodierno super expresso videlicet die dominico post festum S. Francisci confessoris proximo littere S. R. M. sub titulo et sigillo sue Mtis de vicecancellario emanate per laboriosos incolas villarum Rozembark, Raczlawycze et Sythnycza quarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis:

Sigismundus dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithwanie Russie, Prussie, Mazovie etc dominus et heres

Significamus tenore presencium quibus expedit universis, quod cum nobis esset nomine subditorum nostrorum villas Rozembark, Raczlawycze et Sythnycza incolencium supplicatum, ut eis statutum de laboribus kmetonum Thorunii latum ad noticiam deduceremus eorum supplicacioni annuentes illud de verbo ad verbum hic describi mandavimus quod est tale: Sigismundus dei gracia Rex Polonie magnus dux Lithwanie Russie, Prussie Mazovie etc dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, quia commoditatibus subditorum nostrorum consulentes de omnium consiliariorum nostrorum status utriusque nunctiorum terrarum regni nostri consilio et consensu statuimus et decernimus perpetuo observandum, quod omnes et singuli coloni seu kmethones omnium et singularum tam nostrarum quam subditorum nostrorum cuiuscunque status existencium, qui prius diem in septimana non laboraverunt nobis et dominis ipsorum de quolibet laneo unum diem septimanatim laborent et ad laborandum sint astricti, demptis iis colonis, qui censum pecuniario vel dacia dominis suis

labores iam antea compensarunt, hoc tamen in arbitrio dominorum suorum remanere debet, et hoc etiam specialiter proviso, quod hec constitucio non extendit se contra hos colonos qui plures dies in septimana nobis et dominis suis laborare consueverunt, nam hec lex pro illis tantum est constituta, qui minus quam diem in septimana nobis et dominis eorum laborare soliti erant. Datum Thorunii etc.
Quodquidem statutum ab omnibus servari et manu teneri districte volumus et precipimus, harum testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum subappensum est Datum Cracovie feria quarta in festo S. Francisci A. D. 1542. regni nostri trigesimo sexto.

Lib. inscrip. Biec. t. 10 str. 634.

1545

Actum in Byecz feria quinta ante festum S. Petri ad vincula proxima A. D. 1545.

Providi ac Laboriosi suburbani Dambrovyecenses ac cmethones et incole villarum Wolya Dambowyecrka, Zarecze et Lazy subditi S. R. M. tenute Generosi Ioannis Tharlo de Szczekarzowycze incisoris regni Polonie obtulerunt coram officio castrensi Byecensi litteras pargameneas sub titulo et sigillo S. R. M. de vicecancellaria emanatas sanas salvas omnique prorsus vicio carentes decreti inter ipsos suburbanos ac cmethones villarum praedictarum ex una et Generosum Ioannem Tharlo prefatum eorum tenutarium partibus ex altera per S. M. R. lati et promulgati, postulantes easdem in acta presencia castrensia Biecensia inscribi et acticari, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Sigismundus dei gracia Rex Polonie, Supremus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie ect. dominus et heres. Significamus presentibus litteris quorum interest universis, quod cum subditi nostri suburbani Dambovicenses ac villarum Wolya Dambowyecrka, Zarecze et Lazy questi coram nobis fuissent quod novis ac gravibus iniuriis a Generoso Iohanne Tharlo structore nostro et capitaneo Pilznensi tenutario ipsorum factoribusque illius afficerentur, nos de eo cercius cognoscere volentes designaveramus commissarios nostros, qui de his ipsis iniuriis inquirerent et que comperissent, ea conscripta ad nos mitterent, a quibus cum essent ad nos allata acta, in quibus omnes iniurie, quibus subditi nostri affici se dicebant et responsa nomine ipsius Iohannis Tharlo facta, descripta erant, nos illis cum consiliariis nostris diligenter revisis et intellectis, ita de singulis decrevimus, presentibusque decernimus. Primum quod piscinam in agris et pratis ville nostre Wolya Dambowyecrka extruxisse ipse Generosus Ioannes Tharlo incisor noster dicitur, quando quidem ea res in commodum nostrum cessit, volumus, ut piscina hec ita ut extructa est permaneat ita tamen, ut tantumdem agrorum et pratorum eque eciam bonorum his, quibus agri et prata hac piscina occupata sunt, dentur, ac presentibus commissariis nostris

quos ad alias quoque res designabimus illis tradantur. Quod autem suburbani Dambrowyecenses ad labores et alia quedam onera cogi se dicebant, quandoquidem incisor noster adfirmat de ea re decretum nostrum inter eos ipsos suburbanos et tenutarium eorum Gromnyczsky latum fuisse, designabimus comissarios nostros, qui de eo cognoscant, et si nullum decretum nostrum coram illis exhibitum fuerit, quoad eos ipsos labores et alia onera, suburbani ipsi condemgnati sint, quitquid illis iustum visum fuerint decernant. Quoniam vero et suburbani ipsi et omnium aliarum villarum homines novos et exquisitos labores quosdam et onera sibi a Generoso Iohanne Tharlo et eius factoribus querantur, statuimus ut ipsi subditi nostri de uno laneo unum diem in septimana nobis et tenutario nostro, qui a nobis ea bona obtinebit laborare tenebantur, ita tamen, ut cum ad laborandum convenire iussi fuerint, sole oriente domo exeant ante occasum solis una hora dimittantur, in meridie autem una hora libera illis ad quietem necessaria detur. Qua quidem die quitquid visum illis fuerit laborare tenebuntur, preter eum autem diem unum in septimana ad nullos alios labores sed nec ad itinera et subvectiones cogi debent, abrogantes illas ordinarias exactiones, quas non ita pridem propter itinera et subvectiones institutos esse comperimus, ut scilicet singuli homines suburbii et villarum predictarum singulas metretas avene et unum grossum, quem Byerowe vocabant, tenutario predicto darent, abrogantes itidem et illud quod recens inventum quoque est, ut nupciarum nomine singuli coloni aliquid conferrent, cum hoc in nullis aliis bonis nostris observetur. Quod autem caules, vinum, lardum et alia quedam in Dukla Pybrno et eciam in Ungariam vel ad alia quecunque loca devexisse se subditi nostri dicebant, in eamque rem non parum impendisse, quod cum equi illorum ad eas res devehendas impares essent vectores, conducere coacti sunt, cum Generosus Iohannes Tharlo incisor noster dicat nulla vi ad eam rem

eos adactos, sed factorem suum ab ipsis hoc impetrasse, ijs vero cum quibus pactus de precio fuisset solutum totum esse, si quidem probaverit coram comissariis nostris ultro eos id suscepisse nichil prestare hominibus ipsis nostris tenebitur, sin minus quicquid se in eam rem impendisse legitime coram ipsis commissariis comprobaverint, id totum refundere illis ibidem tenebitur, quod quum de iis, qui de precio pacti fuerant intelligi volumus, in posterum autem ad nulla eiusmodi itinera et subvectiones teneri eos pronunctiamus, nisi forte pro diurno labore prestare id nisi fuerint, ligna quoque postea, quam duos currus quilibet eorum ad diem Natalis domini et alios otidem duos ad festum Pasche adduxerint, idque ex silvis nostris vicinis, amplius ducere nisi pro diurno labore non tenebuntur. Acervos vero ita demum facere tenebuntur, si stramen illis a tenutario detur. Quod autem querebantur honorarias collaciones gallorum, quas poczthy vocant, pecunia prestare se abligi, neque cervisiam sibi secundum veterem consuetudinem tum dari, cum eiusmodi honorariam collacionem adferrent, statuimus, ut non pecuniam sed gallos (secundum veterem consuetudinem) dare teneantur, ipsis vero cervisia ita ut solebat detur. Illud autem quod de canapo querebantur, cogi scilicet se illud in fila ducere, abrogandum putavimus ita, ut abrogamus presentibus litteris, neque teneri ad id eos nisi pro diurno labore decernimus. A singulis porcis preterea quod duos grossos exigi querantur, quandoquidem pro glande exigi ab illis Generosus Johannes Tharlo incisor noster adfirmat, decernimus, quod quicunque pascere porcos in silvis nostris voluerint, illi de precio cum ipso tenutario conveniant, liberum tamen illis sit ubi velint eciam in alienis silvis porcos pascere, quo tempore nihil tenutario nostro pendere tenebuntur. Quod autem ea dampna pro quibus contra Generosum olim chatinum Myschkowski castellanum Wyelunensem iuraverant, resarcita nondum sibi fuisse homines predicti

auint, ipse autem Generosus Johannes Tharlo incisor noster dicat ea dampna per nos filiis ipsius Chyschowski remissa omnia fuisse, et si maxime remissa non fuerint omnia, tamen sibi per eos subditos nostros donata. Quod quidem nos attinet meminimus nos cum filiis Chyschkowski de nostris tantum dampnis transegisse, quod si subditos nostros donasse sibi ipse Johannes Tharlo ea dampna probaverit, refundere illa eis non tenebitur, sin minus ibidem apud eosdem commissarios solvere illis debet, de eis item acervis, quos cornusos a muribi emere subditi nostri a tenutario seu eius factore coacti sunt, quantum dampni ex eo percepisse se legitime probaverint solvere id illis totum tenutarius ibidem tenebitur, penas eciam, quas iniuste exactas esse, a se coram eisdem commissariis probaverint, omnes restituere tenebitur. De aliis itidem omnibus iniuriis, de quibus subditi nostri questi sunt isti ipsi commissarii nostri cognoscent et decernent, qui quicquid decreverint id nos ratum et firmum sumus habituri decernentes, ne quid novi preter hec, que in decreto nostro descripta sunt per tenutarium illorum statuatur hac nostra sentencia mediante. In cuius fidem et testimonium sigillum nostrum est appensum. Datum Cracovie feria sexta ante festum S. Margarethe virginis proxima A. D. 1545, regni nostri trigesimo nono. Samuel episcopus Plocensis et vicecancellarius scripsit

Relacio Rmi in Christo patris dni Samuelis Maczieyowski epi Plocensis et Regni Polonie vicecancellarii

Lib. inscr. Brev. t. 11 str 428.

1545

Actum in Byecz feria secunda ipso die festi S. Laurentii martiris A. D. 1545

Stantes personaliter coram officio et actis presentibus castrensibus Byecensibus Providi Paulus Madey de Ossowyecza et Mathias Dzyurka de Mythatka ministeriales terrestres cum nobilibus Johanne Unyeskowsky, Paulo Blonski et Stanislao Passecensky libere et per expressum recognoverunt, quia dum et quando videlicet dominica in vigilia S. Laurencii erant accepti ex parte Generosi Johannis Tharlo de Szczekanowyecz in curiam Dambowyecz ad videndum protervitatem et rebellitatem, necnon eciam et inobedienciam magnam laboriosorum kmethonum et subditorum S. R. M. villarum Wolya, Lazy, Zarzecze et Mayscowa, tenute ipsius dni Johannis Tharlo extunc coram nobis ministerialibus et nobilibus ibidem in curia existentibus, mandatum erat ipsis subditis S. R. M. ut omnes simul in curiam facto prandio convenirent, quibus bis mandatum erat, ipsis subditis S. R. M., quos expectabamus usque ad vesperas. Interim advenit subditus Rdi dni abbatis Thynyecensis de oppido Colaczycze, qui cum audivit, nos loqui de prefatis subditis, quia iam hora vespertina est et non venerunt, et mandatum est illis statim facto prandio stare, ipse autem oppidanus statim assurgens dixit Domine factor nequaquam stabunt hic illi subditi, quia vidi totam communitatem villarum prefatarum in campo congregatorum cum fustibus, securibus et gladiis et baculis et audivi eos loquentes et dicentes non ire, neque velle stare ad curiam et ita manu armata intraverunt in oppidum Dembowyecz, quod nobis ministerialibus per factores prefati Johannis Tharlo protestatum est contra ipsos subditos. Et postea venerunt duo nuncii de villa Lazy et tres nuncii de villa Wolya et de Zarzecze et Mayscowa nullus erat, qui interrogati per factores cur et quare non venerunt et se non statuerunt, prout illis mandatum fuit, ipsi autem nuncii dixerunt, quia noluerunt stare sed nos miserunt ad vos, ut quitquid intelligemus ex vobis, renunctiabimus illis. Postea

venerunt et septem suburbani iam sole ocidente, qui eciam interrogati, cur et quare non estis omnes, illi dixerunt, quia sunt omnes domi, sed nolunt ire, neque stare. Et nos prout obedientes verimus. Quod nobis per factores prefati Generosi domini Johannis Tharlo protestatum est contra ipsos subditos, quia sunt tum rebelles, quod nullam obedienciam facere volunt. Insuper ipsi factores protestati sunt nobis, quia cum et quando vicini veniunt ad affectandam iusticiam de prefatis subditis, extunc cum mandatum fuerit illis stare, non stabunt nec veniunt, et sic nulla iusticia de ipsis ministrari potest. In crastino vero festi divi Laurencii obductum est nobis ex parte prefati dni Johannis Tharlo, quod prefati subditi acervos comparare nec reparare volunt, prout in decreto S. R. M. est decretum illis, quod omnes acervos parare et facere tenentur, tantum a prefato tenutario stramen illis dari tenetur, et illi non attento decreto nolunt facere acervos, prout nobis obductum est, nec erit ubi frumenta ponere, quia acervi non sunt per eos facti, nec et antiquos reparare volunt. Obductum est eciam nobis ex parte prefati Johannis Tharlo magnum dampnum in tritico et ordeo et in avena, quia propter illorum inobedienciam et propter non derectionem de campo aqua inundavit, et post inundacionem noluerunt ea frumenta alias przetkladacz any rostawiacz, et sic eo facto putrefacta sunt et in nihilum redacta, et vidimus dampnum maximum etiam nobis obductum est, & adhuc triticum stantem in campo, adhuc non demessum, alia vero frumenta estivalia in campo sunt, que tantum per mercenarios sprawyaya ssie, in quibus magnum dampnum patitur ipse prefatus dominus Johannes Tharlo propter magnam inobedienciam prefatorum subditorum. Insuper obductum est nobis dampnum, quod patitur ipse Generosus dominus Johannes Tharlo per prefatos subditos in pratis, que aqua in toto deundaverat, quia semper quolibet anno

ante festum S. Johannis Baptiste et infra octavas illius alias ante festum S. Jacobi omnia prata defalcata erant y sprawyone et nunc cum illis mandatum fuit ante messem noluerunt, et nunc omnia aqua inundavit, nec eciam unum acervum feni habebit, alia multa damna non mediocria propter illorum inobedienciam sunt nobis obducta. Eciam obducta est nobis, quia agros ad seminacionem hyemalem non coleunt neque colere volunt, alias ugorow sprawyacz any sprawyaly, y tak nyeodwracane y nye orane leżą, any zawlecrone, gnoyow zadnych nye wywyezly, mak tez thak znyszczal a konyny szwemy wonyszly s polya vora etc., quod prefati ministeriales et nobiles sic et non aliter fieri, coram officio recognoverunt, quia prefati subditi prefato domino tenutario suo nullam obedienciam prestare volunt nec decreto S. R. M. obtemperare et satisfacere volunt dicentes, quod alium decretum illi habent, quod decretum tantum coram S. R. M. se prebere offerunt et non coram factoribus ipsius Johannis Tharlo, nolentes obtemperare decreto, quod ipsi factores sub sigillo S. R. M. habent et manu propria Reverendissimi dni Samuelis Macieyowski dei gracia episcopi Plocensis et Regni Polonie vicecancellarii subscriptum dicentes eum esse falsum.

Lib. inscr. Biec. t. 11. str. 435.

T. 12. inscr. Biec. A. 303. 1. 13

1550

Actum in Byecz feria quinta ante festum S. Bartholomei apostoli proxima A. D. 1550

Laboriosi incole villarum Lybuscha et Krygi obtulerunt coram officio castrensi Biecensi litteras Sacre Regie Mtis pergameneas sub titulo et sigillo sue Mtis Regie de vicecancellaria emanatas sanas, salvas omnique prorsus vicio carentes postulantes easdem in acta presencia castrensia Biecensia inscribi et acticari, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: Sigismundus Augustus dei gracia rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium, quorum interest universis, quia cum subditi nostri incole villarum Lybuscha et Krigi in capitaneatu Biecensi sitarum et ad bona nostra Trzyepielnicza pertinencium tenute Generosi Joannis Tharlo de Szekarzowycze capitanei nostri Pylznensis quererentur coram nobis de eodem tenutario suo tum presente de iniuriis et gravaminibus suis, quibus ab illo afficerentur, primum, quod eos ad insolitos labores cogat non certis seu statis diebus, quemadmodum antea, sed quottidie cum iussi fuerint obeundos. Deinde quod eos piscinam, quam in prato plebanali noviter extruxit proprio sumptu reparare et noctu diuque contra impetum et violenciam aquarum custodire, vecturas cum lacticiniis et aliis rebus ex prediis in civitates et oppida ad nundinas et fora facere, uxores eorum vendi; labores pro usu curiarum et prediorum nostrorum exercere, acervos et holodia predialia facere et sua propria stipula aut straminibus tegere cogat et compellat, que omnia facere et obire de veteri consuetudine non essent obligati, nos commisimus certis consiliariis et iurisperitis nostris, qui eiusmodi predictorum colonorum de Lybuscha et Krygi querellas ac tenutarii nostri prefati ad eas responsa exaudirent et cognoscerent, ac nobis tandem referrent, qui

cum hec omnia ab utraque parte exaudivissent, cognovissent ac nobis tandem retulissent, nos ex eorum relacione inter ipsas partes racione premissorum ita decrevimus, decernimusque presentibus litteris nostris. Primum de laboribus quandoquidem statuto regni Thorunie de laboribus smethonum edito cautum est, omnes smethones, qui privilegiati non sint, de quolibet laneo unum diem in septimana laborare debere, ~~de quolibet~~ l ipsi eciam coloni villarum Libuscha et Krigi iuxta hoc statutum Thorunense conservari debent ita, ut non plus quam unam diem in septimana de quolibet laneo laborare teneantur, sed quoniam earundem villarum lanei debite commensurati non sunt, nos eos commensurari faciemus et ad eam commensurationem certos commissarios nostros designabimus post tempora messium proxime futura. Quod vecturas attinet, cum is mos in aliis bonis et tenutis vicinis huiusque servatur, ut coloni lacticinia de prediis nostris ad opida vicinia et fora ac nundinas eorundum ducant, ipsi eciam coloni villarum Lybuscha et Krygi idem facere tenebuntur, non tamen ad remociora oppida, quam que tribus milliaribus ab illis distant ad eiusmodi res ducendas cogi debebunt. De laboribus vendi, quos uxores suas predicti coloni antea nunquam pro usu curiarum seu prediorum nostrorum exercuisse negant, id statuimus et decernimus, ut si idem coloni iuramento corporali hominum aliquot, quos e medio ipsorum Generosus Johannes Tharlo eorum tenutarius elegerit comprobaverint uxores illorum de veteri consuetudine ad eiusmodi labores non fuisse obligatas, extunc ab eiusmodi laboribus libere esse debebunt, de piscine vero reparacione et custodia id decernimus, quod contra vim et impetum aque eam piscinam predicti coloni custodire debent, provideregue, ne per violenciam aque rumpatur. Si tamen eam rumpi contigerit colonis ipsis

contra eiusmodi aquarum vim succurrere eamque defendere non valentibus, in hoc casu ad eam reparandam prefati coloni non erunt astricti, sed tenutarius ipse per alios homines sumptu suo reparare et reficere debebit, preterea acervos et holodia predialia volumus ut ipsi coloni villarum Libuscha et Krigi faciant, sed pro diebus septimanalibus circa eos laborare et stipula non sua sed nostra vel tenutarii tegere debebunt. Postremo quoniam questus est providus Petrus Bogdan de Lybuscha, quod ei ipse Generosus Johannes Tharlo tenutarius bona eius seu agros receperit nulla solucione seu satisfactione pro eis facta, quam factam esse idem tenutarius noster asserebat et ad acta eiusdem ville se recipiebat, proinde decernimus ut si eiusmodi solucio in actis non fuerit inventa bona recepta et non soluta Petro Bogdan idem tenutarius noster solvat solvereque debebit hac nostra sentencia mediante. Harum testimonio litterarum sigillum nostrum est appensum. Datum Cracovie feria sexta ipso die Invencionis sancte Crucis A. D. millesimo quingentesimo quadragesimo nono regni vero nostri vigesimo. Nicolaus Grabia regni vicecancellarius scripsit. Relacio Magnifici Nicolai Grabia castellani Chelmensis regni Polonie vicecancellarii et Lubomlensis capitanei.

Liber inscript. Biec. t. 12 str. 303.

Oblate sunt ad officium castrense Biecense littere sacre R. Mtis nomine Generosi dni Stanislai Bonar de Balice Biecensis et Crchovensis capitanei etc. decretum inferius descriptum propter acticacionem earundem in acta presencia castrensia Biecensia, quarum quidem litterarum tenor de verbo ad verbum sequitur estque talis: Sigismundus dei gracia rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, quia cum orta fuisset coram nobis controversia inter Generosos Severinum Bonar capitaneum Biecensem ac zupparium, burgrabium et magnum procuratorem nostrum Cracoviensem ab una et Martinum Myszkowsky de Myrow castellanum Wielunensem tenutarium villarum nostrarum Moszczenycza theutonicalis, Moszczenycza polonicalis necnon Krzepienyk Woynarowski, Krzepienyk Strzerow, Krzepyenyk Suchy, Kaczlawycze et Przesieki parte ab altera occasione laborum per colonos villarum nostrarum predictarum circa reficiendum et reparandum aggerem seu obstaculum molendini nostri Biecensis, ac eciam in advehendis roboribus et lignis ad edificia castri nostri Biecensis dum adue incolume staret, necnon ad pomerium muri civilis Biecensis, quod parkan lignea vernacula dicitur, sive de novo conficiendum, sive reparandum ex antiqua consuetudine sive magis ex antecessorum nostrorum placito et constitucione prestari solitorum, dicente prefato Severino Bonar ipsos incolas villarum supradictarum tenute Generosi Martini Myszkowski laboribus euismodi reficiendi aggeris seu obstaculi predicti ac ducendi lignorum ad edificia curie Biecensis necnon muro civili pomerio ligneo cingendo esse astrictos, eosdemque labores suo et predecessorum suorum tempore postulante necessitate prestitisse, nuper vero illos ab eis ipsis laboribus prestandis per Martinum Myszkowski eorum tenutarium prefatum prohibitos esse, ipso Martino Myszkowski

ex adverso respondente non infitiari se quidem incolas villarum tenute sue prefatarum longa consuetudine ad obeundos labores supradictos obligatos et astrictos esse, verum cum id oneris non ipsis solis sed coniunctim cum aliis villis nostris regalibus in districtu Biecensi consistentibus, que plures essent iam olim fuisset impositum, et nihilominus tamen nulle illarum per capitaneum Biecensem in favorem aliorum tenutariorum ab eo ipso onere subducte et absolute essent, non equum censeri, ut in solos homines villarum tenute sue tota istec sarcina reparandi aggeris seu obstaculi ac ducendi lignorum ad edificia curie Biecensis, tum eciam pomerii civilis conficiendi reiceretur, Severino Bonar asseverante nullos colonos villarum nostrarum, quas ipse ab inicio tenute et capitaneatus sui reperit laborantes et eiusmodi onera laborum subeuntes ab ipsis laboribus ferendis subductos et absolutos esse, quin pocius adigi a se omnes ad illos ex equo ferendos. Nos auditis eiusmodi illorum propositis et responsis revisisque litteris et privilegiis per nos illis super bona predicta respective concessis animadvertentes ea ipsa bona omnia esse nostra propria hereditaria, atque ita negotium huiusmodi onerum et laborum hominibus illis nostris impositurum, nos solos utpote illorum hereditarium dominum contingere, ita decrevimus et decernimus per presentes, ut coloni omnes tam villarum tenute Generosi Martini Myszkowski predictarum, quam eciam aliarum villarum ad capitaneatum Biecensem spectancium presertim vero quas memoratus Severinus Bonar tempore capitaneatus sui ad castrum Biecense exemit equaliter labores predictos reficiendi aggeris seu obstaculi molendini nostri Byecensis necnon ducendorum roborum seu lignorum ad edificia curie nostre Biecensis tum eciam laborem pomerii civilis Biecensis conficiendi secundum antiquam consuetudinem subire teneantur et sint astricti quociens opus fuerit, ipsisque mandabitur per capitaneus vel eius officiales

Byecrenses, utque tanto diligencius laboribus incumbant et manus admoveant, prefatus Martinus Myszkowski dabit et dare semper tenebitur hominem sive servitorem suum, qui una cum famulo capitanei Byecrensis moderni et pro tempore existentis observet et concitet ipsos homines, quo maiori cura et diligencia labori sibi iniuncto incumbant. Quia vero statuto conventus Thorunensis cavetur, ut ne coloni villarum tam nostrarum et tenutariorum nostrorum, quam eciam omnium subditorum nostrorum plures dies, quam unam in qualibet septimana ex uno laneo integro laborare dominis suis teneantur, ideo nos providere volentes, ne predicti homines nostri graventur propter errorem alicuius tenutariorum prefatorum, qui forte putare possent, illos bino labori in septimana fore, propterea obnoxios, ita negocium hoc laborum interpretati sumus et interpretamur ac declaramus et decernimus per presentes, quod posteaquam predicti incole villarum nostrarum regalium antiquiore debito et consuetudine laborum suorum ad capitaneatum Byecrensem prestandorum sint astricti, quam sit statutum Thorunense prefatum, non debeant neque possint adigi seu compelli ad laborandum alteram diem in septimana tenutario suo, si illam circa aggerem seu obstaculum molendini nostri ac in advectione roborum ad curiam vel in pomerio muri civilis Biecrensis conficiendo iam laboravint ita, quod non plures quam quinquaginta et duos dies ex singulo quoque manso integro in uno anno nobis et tenutario suo secundum statutum Thorunense prefatum, prius tamen nobis, deinde ubi necessitas nostra iam non postulaverit tenutario laborare teneantur. Preterea quia iudicia publica sculteciialia villarum nostrarum regiarum in districtu Biecrensi consistencium per scultetos et ad advocatos illarum celebrari solita ex sculteciis tenute prefati Martini Myszkowski negliguntur et posthabentur non sine multorum hominum preiudicio et iniuria, proinde eciam

decrevimus et decernimus per presentes, ut ne usus ipse iudiciorum huiusmodi longa serie annorum servatus negligatur, sed cum omni fide et diligencia custodiatur, si vero aliquis tenutariorum et presertim prefatus Martinus Myszkowski aliquas sculteciias dictarum villarum exemerit volumus, ut ex singulis illarum in locum suum hominem fidelem et probatum substituat, qui eiusmodi iudicia publica sculteciali cum aliis scultetis de more celebret et peragat, ne subditi illi nostri in iusticia sua periclitentur. Que omnia et singula supra expressa volumus et decernimus firmiter observari, harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio litterarum. Actum et datum Cracovie feria secunda proxima post festum Sancti Martini anno domini 1530 regni nostri vigesimo quarto. Petrus episcopus et vicecancellarius scripsit. Relacio Reverendissimi in christo Patris domini Petri Thomyczky episcopi Cracoviensis et Regni Polonie vicecancellarii.

Liber inscript. Biec. t. 12 str. 408.

Oblata sunt ad officium castrense Biecense litterae Sacre Mtis Regie nomine Generosi dni Stanislai Bonar de Balice Biecensis et Cracovensis capitanei etc. decreti inferius descripti propter actiacionem earundem in acta presencia castrensia Biecensia, quarum quidem litterarum Sacre Mtis Regie tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Sigismundus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Significamus tenore presencium quibus expedit universis, quia cum coloni de Ossowyeza coram nobis quasi fuissent, quomodo Generosus Severinus Bonar de Balyce in Ogrodzienyecz et Camyenyecz heres capitaneus Biecensis et Rapsthinensis burgrabius zupparius et Magnus procurator castri Cracoviensis fidelis noster dilectus, sive officiales eius castri Biecensis ab eisdem colonis per pignoraciones exegisse stacionem et alias dacias ex silvis, quas lyesne vocant et eos ad labores certos obeundos et alia onera prout ex antiquo erat astringerent, quas staciones et dacias ipsi ad triennium retentas extradere et labores facere recusabant eo potissimum nomine, quod nobilis Johannes Farurey tenutarius illorum prohibebat illis in non parvum detrimentum castri nostri Biecensis. Nos vero auditis partium utrarumque propositis et responsis decernendum duximus et presentibus decernimus sub presencia ipsius Farurey, quod coloni prefati de Ossowyeza teneantur et obnoxii sint solvere staciones et dacias tum ex silvis, quas lesne vocant tum alias quascunque et teneantur labores obire ad castrum vel curiam Biecensem similiter et ad obstaculum molendini et pomeria civitatis Biecensis, prout ex antiquo solebant facere non obstante prohibicione predicti Johannis Farurey tenutari ipsorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subimpressum. Datum Cracovie Sabbatho proximo ante dominicam Sexagesime anno Domini 1531, regni vero nostri vigesimo quinto. Petrus episcopus et vicecancellarius scripsit

Liber inscript. Biec t. 12 str 411.

1551

Actum in Biecz feria sexta ipso die festi Sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum A. D. 1551.
Comparentes personaliter coram officio castrensi Byecz[ensi] laboriosi Perz, Stephanus Marszalek, Gregorius Stola, Mathias Lyssek, Albertus Lyssek, Drab, Swyecz, Kubik, Lexa, Mathias Lexa, Olear Lexa, Martinus Lexa, Byel, Andrys Jan, Zagoy, Martinus Lucrak, Andreas Lucrak, Johannes Dzyadon, Stanislaus Dzyadon, Bygos, Nowak Paduch, Zwitrykussz, Gregorius Paduch, Andreas Komasza, Seraphin, Urbanus Chmyelarz, Jacobus Chyczecz, Rodzay, Johannes Panek, Stanislaus Obrocko, Pitorog, Jurga, Osswyecimska, Krawiecz, Pleser, Lumparth, Kupiecz, Mysa, Bilos, Detrovski, Chudka, Stanowa vidua, Stano, Guzak, Goldaska vidua, Crop, Rydel, Walkowa vidua, Fiedor, Gregorius Jarusch, Matheus Janusch, Szopa Royek, Johannes Royek, Lorenis Royek, Swyathek, Walach, Leguttko, Petrus Kawalcz, Stanislaus Kawalcz, Glod, Jacobus Fortuna, Glamb, Brysczy Brathek, Kowal Bratek, Stochel, Stochlova vidua, Smyczek, Dambosz, Gluch, Haban, Bartholomeus Haban, Blasius Tkacz, Kurzeyowa vidua, Woltowa vidua, Blasius Stola, Johannes Stola Antosch Myerag, Rod, Mroz, Marek, Nyedzwyadek, stary Nyedzwiadek, Casper, Zwyth, Kruperyna vidua, Gay, Wlodarz, Gorpel, Clemens Gorpel, Jakubek Gnegorz, Jacobus Dus, Stando, Johannes Dus, Krol, Johannes Skowronek, Bartholomeus Skowronek, Skowronkowa vidua, Tworzidlo, Roman, Gregorius Fortuna, Stanislaus Bank, Johannes Bank, Crop, Fratka, Fratka alter Dadryk, Petrus Mączka et Stanislaus Mączka cmethones ville Krolewka similiter eciam et laboriosi Bąbnek, Woch, Baldo, Paciorek, Baldo, Nyedzwiadek, Babicz, Zwyth, Fratka, Mykolayek, Puchala, Mykolayek, Babyer, stary Babicz, Mysłyenka Paulus Duchnycz, Lukasz, Lukasch Wanyek, Wanyek, Jak Johannes Fratka, Jacobus Fratka, Marszalek et Szlomnyczka cmethones ville Leszyna subditi Sacre Mtis Regie tenute Generosi domini Stanislai Bonar de Balycze Biecensis et Cechovensis capitanei recedendo a quovis iure suo et se hoc in hac parte iurisdictioni Byecensi incorporando et sub-

iciendo suis ac aliorum cmethonum egrotorum pronunc absencium nominibus publice, libere et per expressum recognoverunt, quia ad voluntatem et beneplacitum prefati domini Stanislai Bonar Biecensis et Crechoviensis capitanei eorum tenutarii talem ordinacionem et modum occasione solucionis censuum ac aliarum dacionum seu obvencionum et laborum aliorumque omnium onerum ex prefatis villis Krolewska et Liesczyna prefato domino Stanislao Bonar tenutario suo prestandorum et obeundorum fecerunt et ordinaverunt. Imprimis racione census tenentur singulis annis dare et solvere per unam marcam pecuniarum ex quolibet laneo iuxta emensurationem laneorum per certos commissarios Sacre Mtis Regie anno nunc currente millesimo quingentesimo quinquagesimo primo in dictis villis Krolewska et Lesczyna factam et emensuratam. Similiter eciam ex quolibet laneo tenentur annis singulis solvere et dare per duos capones censuales, item eciam ex quolibet laneo tenentur dare per unam trimensuram alias czwyerthnya avene censualis item ex quolibet laneo per duos caseos censuales, item ex quolibet laneo per duodecim ova censualia, item quilibet cmetho tenebitur dare ad annum quatuor gallos nupciales alias godne, item quilibet cmetho tenebitur dare ad annum per duos gallos racione honoris alias poczethne et per unum chorelum avene mensure superabundantis, item pro labore ex quolibet laneo iuxta eandem commensuracionem laneorum anno presenti factam tenebuntur solvere per unam sexagenam pecuniarum, item quilibet cmetho ad annum tenebitur laborare octo dies ad obstaculum molendini Crechoviensis videlicet per quatuor dies pedestres et per quatuor dies equis seu pecoribus, palos et rubeta ad obstaculum molendini predicti ducendum non includendo hoc in diem laboris predicti, quicquid temporis in eundo ad obstaculum molendini predicti aut in redeundo in domum ab obstaculo consumpserint, sed moram fecerint, item quilibet eorum cmethonum tenebitur ad annum obire seu facere per sex vecturas alias podwory ad Cracoviam cum caponibus, gallis, avena, caseis et ovis tam censualibus quam nupcialibus seu pro honore ab ipsis cmethonibus villarum predictarum provenientibus. Que omnia supra expressa et specificata prefati cmethones villarum predictarum libere et benivole in se et suos successores ad beneplacitum et voluntatem prefati domini Stanislai Bonar tenutarii sui assumpserunt et susceperunt et ea firmiter tenere observare et exequi promiserunt.

Lib. inscr. Biec. t. 12 str. 552.

1554.

Actum in Biecz sabbato in vigilia S. Martini pontificis A. D. 1554.
Ex parte villanorum villarum Olschini et Olpini.
Nobilis Sigismundus Zurowski factor bonorum Olschini et Olpini magnifici Spithconis Jordan de Zaklicin castellani sandecensis thesaurarii regni, Premisliensis, Camionnecensis capitanei nomine villanorum villarum prefatarum Olschini et Olpiny subditorum ipsius magnifici castellani sandecensis coram officio et actis presentibus protestatus est contra executorem proventuum et decimarum pecuniarum Rmi domini episcopi Cracoviensis moderni, quia ab ipsis villanis decimam pecuniariam quotannis dari solitam die hodierna pro anno presenti accipere noluit absque solucione cuiusdam pensionis dicte Rekawiczne, quod nunquam solvebant, neque solvere solebant.

Liber. inscript. Biec. t. 12 str. 1735.

1558.

Actum in Biecz feria secunda in vigilia Omnium Sanctorum A. D. 1558 Laboriosi Adam tabernator, Valentinus Lisz, Martinus Strugala et Johannes Sprich cmethones de Lipinki coram officio et actis presentibus personaliter constituti suo et aliorum omnium cmethonum, hortulanorum, inquilinorum generaliter omnium incolarum prefate ville Lipinki nominibus protestati sunt coram officio et actis presentibus in et contra nobiles Stanislaum Nicolaum et Andream Criczlinskie fratres germanos tenutarios eorum, quomodo ipsi eosdem incolas ville Lipinki adigunt et astringunt ad quotidianos et inconsuetos labores atque vecturas insolitas et indebitas sibi prestandas contra iura et privilegia eorum a Serenissimo olim dive memorie Casimiro rege Polonie illis data et concessa atque ex speciali gracia largita, non sine preiudicio et detrimento illorum maximo offerentes et protestantes se eadem omnia onera et preiudicia eorum, que a predictis Criczlinskie dominis suis pati coguntur Sacre et Serenissime Maiestati Regie domino suo clementissimo relaturos et evocaturos atque contra prefatos dominos suos conquesturos.

Lib. inscr. Biec. t. 14 str 55.

1558

Actum in Biecz feria sexta ipso die festo S. Martini pontificis proxima 1558. Ministerialis terrestris Stanislaus Kosschacz de suburbio Biecensi cum nobili Marco Wilczkowski in vim sue relacionis coram officio et actis presentibus recognoverunt, quia ipsis et nobili Christophero Klemp hodierna die in domo famate Anne Mudra civis Biecensis ex parte incolarum et subditorum Generosi Nicolai Lubomirski iudicis castrensis Biecensis villarum Pothok et Glinnik theutonicalis contra nobiles Johannem Trzebienskey et Stanislaum — exactores decimarum pecuniariarum Rmi in Christo patris dni episcopi Cracoviensis est protestatum, quia ipsi actores ab incolis villarum prefatarum Glinnik teutonicalis et Pothok decimam pecuniariam de villis prefatis ex integro per ipsos subditos coram eis repositam et in effectu numeratam absque notis alias Spissnego temere et pertinaciter percipere et de perceptis quietare noluerunt contra prescriptum antiquorum et novorum statutorum Regni Polonie, que multis in locis huiusmodi exactionem spissne vetant et prohibent, que premissa vidisse, audivisse et eis ex parte incolarum villarum prefatarum Glinnik theutonicalis et Pothok contra supra specificatos exactores solenniter protestatum esse prefati ministerialis et nobilis ita ut prius expressum fecerunt relacionem.

Lib. inscript. Biec. t. 14 str. 69.

1558

Actum in Biecz Sabbato post festum S. Andree apostoli proximo A. D. 1558.

Proparte incolarum ville Woitowa mandati oblata.

Oblate sunt ad officium et acta presencia castrensia capitanealia Biecensia per ministerialem terrestrem Stanislaum Kosschacz de suburbio Biecensi et nobilem ac circumspectum Michaelem Strachocski pellionem civem Biecensem littere mandati S. R. M. infrascripte sub titulo et sigillo eiusdem S. R. M. ex parte incolarum ville Woithowa ad capitaneatum Biecensem pertinentis, quas ipsi incole ville Woitowa postulaverunt et pecierunt actis presentibus connotari, quarum litterarum tenor sequitur estque talis: Sigismundus Augustus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Masovie etc. dominus et heres, Generoso Stanislao Bonar de Balice capitaneo Biecensi fideli dilecto graciam nostram regiam. Generose Fidelis dilecte queruntur nobis graviter et cum lachrimis subditi nostri ville Woithowa prefecture Fidelitatis tue, quod Fidelitas tua eosdem ad labores prediales quotidie obeundos etiam dierum festorum rationem non habens cogit, a singulisque eorum per duos gallos, caponem anserem ac per corum seu modium avene, necnon ab omnibus bonis valorem quatuor florenorum et viginti duorum grossorum contra decretum nostrum et libertatem illorum nomine nupcialium violenter recepit, pro custodiisque unius quartalis anni septem fertones pecunie ab eisdem extorsit, pisam et alia legumina sua propria illis invitis et reluctantibus vendit, preciumque eius iuxta arbitrium et voluntatem suam ipsis imponit et statuit, vectoris longinquis et frequentibus ad bona sua propria hereditaria ad quas obeundas non tenentur illos afficit, aliisque oppressionibus et gravaminibus eosdem premit prout id ex supplici illorum libello nobis expositum est, quod si ita est indigne id a Fidelitate tua in subditos nostros fieri censemus. Quapropter eidem mandamus ut prefatos subditos nostros in exercendis laboribus

septimanalibus tum et in custodiis ac vecturis obeundis iuxta veterem morem et consuetudinem conservet, nihilque in eis novi et inusitati statuat. Preterea pro eisdem rebus nomine nupcialium receptis illis satisfaciat, ac eandem pecuniam racione custodiarum violenter receptam restituat, nec deinceps ullam occasionem de se iuste querendi apud nos prebeat alias si se ~~Fraternit.~~ Fidelitas tua in premissis gravatus senserit, extunc eidem mandamus ut coram nobis et iudicio nostro feria secunda post festum Purificacionis Marie proxima Petricovie vel ubi protunc cum curia nostra feliciter constituemur peremptorie compareat, raciones iustas et legitimas cur et quare premissa fieri non debeant allegaturus, pro gracia nostra et debito suo aliter non facturus. Datum Petricovie XVII Novembris anno 1558 regni vero nostri 29. Ad mandatum S. R. M. proprium.

Lib. inscript. Biec. t. 14 str. 94.

1558

Actum in Biecz feria sexta post festum Concepcionis Beatissime virginis Marie A. D. 1558.

Contra cmethones ville Woitowa.

Ministerialis terrestris Stanislaus Koschacz de suburbio Biecensi cum nobilibus Stanislao Szrepanowski et Valentino Waracrki in vim sue relacionis coram officio et actis presentibus recognoverunt, quia illis feria quarta ante festum Concepcionis Beatissime virginis Marie proxime preteritum et hodierna diebus ex parte Generosi Stanislai Bonar de Balicze Biecensis et Oczechoviensis capitanei contra laboriosos cmethones et incolas omnes ville Woithowa ad capitaneatum Biecensem tenute eiusdem Generosi Stanislai Bonar pertinentis in curia regali Biecensi est protestatum, quia ipsi conspiracione mutua erga prefatum capitaneum Biecensem inter se facta ad mandata et ob destinaciones burgrabii eiusdem Generosi Stanislai Bonar curie regalis Biecensis ad curiam regalem Biecensem pro prefata feria quarta proxime preterita et pro die hodierna non comparere, necnon iuvamina seu vecturas non longinquas consuetas et debitas ad oppidum Oczeskovice prestare et subire temere et pertinaciter noluerunt et recusaverunt, volentes sese per hoc de tenuta et superioritate atque subiectione eiusdem Generosi Stanislai Bonar capitanei Biecensis effringere, ex quorum incolarum ville Woithowa medio et numero tantummodo advocatus cum tribus incolis pro eisdem duobus prefixis et assignatis diebus ad curiam Regalem Biecensem comparentes, non tanquam ad iussum et mandatum prefatum burgrabii Biecensis advenisse, sed uti ab aliis incolis prefate ville se missos et destinatos esse et circa eosdem alios omnes incolas prefate ville Woitowa se firmiter stare asserebant, quam prefatorum incolarum ville Woithowa temeram et pertinacem atque frivolam rebellionem vidisse audivisse et eis ea omnia et singula premissa contra eosdem ex parte prefati capitanei Biecensis solenniter obductum et protestatum esse prefatus ministerialis et nobiles ita ut prius expressis verbis fassi et attestati sunt.

Lib. inscript. Biec. t. 14 str. 102.

Actum in Biecz feria quarta ipso die festo S. Thome apostoli A. 1558

Ex parte subditorum Nicolai Tharlo mandati oblata.

Laboriosi cmethones et incole villarum Wolia, Zarzecze, Mussczowa et Lazy obtulerunt officio presenti litteras mandati S.R.M. sub titulo et sigillo eiusdem R.M. postulantes easdem ad acta presencia inscribi, quarum tenor de verbo ad verbum est talis. Sigismundus Augustus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie dominus et heres. Generoso Nicolao Tharlo de Szczekarowicze vexillifero Sandomiriensi tenutario opidi nostri Dembowiecz fideli nobis dilecto graciam nostram regiam. Fidelis dilecte. Expositum est nobis graviter et legitime commonstratum oppidanos Dembovienses et incolas villarum Wolia, Zarzecze Lazy et Musczowa tenute Fidelitatis tue ipsos contra litteras mandatorum nostrorum et Fidelitate tua preter ius et equum in vincula coniectos atque tam diu detentos fuisse donec sponsores se daturos singuli duos florenos statuere coacti sunt, aliaque contra immunitates privilegio ipsis dato expressas a Fidelitate tua fieri. Quod cum non tam ad iniuriam ipsorum quam ad offensionem nostram pertineat, quod litteras nostras contemnit, non possumus id nonnisi molesto ferre animo, quare mandamus Fidelitati tue serio ut ab incarceracione ac exactione pecuniaria seu alia quacunque indebita abstineat, suumque factorem sibi temperare iubeat, nec quiquam contra litteras mandatorum nostrorum privilegiaque ipsorum attemptare presumat, alioquin si Fidelitas tua facere premissa neglexerit, extunc illi terminum coram nobis seu iudicio nostro comparentes Petricovie aut ubi protunc cum curia nostra feliciter constituemur feria tercia in crastino S. Dorothee prefigimus et assignamus causas et raciones allegaturi, quamobrem mandatis nostris parere neglexerit. Datum Petricovie die octava decembris A.D. 1558 regni nostri 29. Ad mandatum S.R.M. proprium.

Lib. inscript. Biec t. 14 str. 126

Actum in Biecz feria quinta ante festum Epiphaniarum domini proxima 1559.

Ex parte incolarum Harthlowa et Glembokа oblata.

Oblate sunt ad officium et acta presencia castrensia capitanealia Biecensia in presencia ministerialis terrestris Theronimi Lunak de Scheniny littere mandati S. R. M. sub titulo et sigillo sue R. M. ex parte incolarum villarum Harthlowa et Glemboka ad capitaneatum Biecensem pertinencium, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Sigismundus Augustus dei gracia rex Polonie, magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Generoso Stanislao Bonar de Balice capitaneo nostro Biecensi fideli nobis dilecto in absencia illius vicecapitaneo graciam nostram regiam. Generose Fidelis dilecte. Queruntur nobis subditi nostri incole villarum Hartlowa et Glemboka capitaneatus Biecensis prefecture Fidelitatis tue, se ad laborandum ultra dies antiquitus debitos cogi, frumento scaphas onerari, ad subministrandum vecturas longinquas et custodias indebitas astringi, antea vero loco prefatarum custodiarum a singulis eorum per grossos duodecem extorsisse dicitur, ac certo tempore predicti incole duos boves, capones et per duos coros avene singuli Fidelitati tue dare coacti sunt, factores etiam Fidelitatis tue ab eisdem exactionem pecuniariam absque causa exigere aliisque iniuriis et angariis eosdem opprimere dicuntur atque ob id pene ad extremam egestatem se esse redactos asserunt. Que res si ita est cum preiudicio ipsorum coniuncta esset, quare mandamus Fidelitati tue serio omnino habere volentes, ne eos deinceps ad laborandum, vecturas et custodias aliaque onera ad que non sunt obligati adigat nec quicquam ab eis ultra debitum ipsorum exigere et extorquere presumat, pisces vero, quos Fidelitas tua eis accepisse dicitur et omnia ab eis indebite exacta et ablata restituat. Et quia verentur eidem subditi nostri, ne hoc nomine incarcerentur, quod ad nos de iniuriis suis questum venerunt, mandamus Fidelitati tue, ne eos incarceret, nec quicquam duri in eos statuat, liberum enim volumus subditis nostris ad nos de iniuriis suis questum venire pro gracia nostra aliter non factura. Datum Petricovie die 16 decembris A. D. 1558 regni nostri 29. Ad mandatum S. R. M. proprium

Lib. inscript. Biec. t. 14 str. 155.

1559.

Actum in Biecz feria quarta post festum Epiphaniarum domini proxima A. 1559.

Pro parte Woithowian mandati oblata.

Laboriosi cmethones et incole ville Woithova ad capitaneatum Biecensem pertinentis obtulerunt officio presenti castrensi capitaneali Biecensi per ministerialem terrestrem Iheronimum Iunak de Scherziny et nobilem ac famatum Bartholomeum Cromer civem Biecensem litteras mandati S. R. M. sub titulo et sigillo sue R. M. postulantes easdem in acta presencia inscribi, quarum tenor de verbo ad verbum est talis. Sigismundus Augustus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie Prussie, Mazovie etc. dominus et heres. Generoso Stanislao Bonar de Balice capitaneo nostro Biecensi fideli dilecto in absencia illius vicecapitaneo graciam nostram. Generose Fidelis dilecte. Expositum est nobis et legitime commonstratum Fidelitatem tuam ville nostre colonos quatuor bitum Wainarowicz, Gregorium Klosz et Jacobum Windisz et Johannem Broda propterea, quod suo et aliorum incolarum ville Woithowa nominibus de iniuriis suis coram nobis questi in vincula conicere iussisse, eosque in eis adhuc indigne detineri, quod nos moleste ferentes mandamus Fidelitati tue serio omnino habere volentes, ut mox visis presentibus ipsos libere e vinculis dimittat, neque deinceps aliis hoc iniuriarum genus inferat, sed et erga predicte ville incolas iuxta priores mandati nostri litteras se gerat, pro gracia nostra aliter non facturus. Datum Petricovie quarta Januarii A. D. 1558 regni nostri 29. Ad mandatum S. R. M. proprium

Lib. inscr. Biec. t. 14 str. 169.

Actum in Biecz feria sexta ante dominicam Reminiscere proxima A.D. 1559.
Ex parte Woitowian mandati oblata

Oblatae sunt ad officium et acta presencia castrensia capitanealia Biecensia ex parte Laboriosorum cmethonum et incolarum ville Woithowa ad capitaneatum Biecensem pertinentis per ministerialem terrestrem Jheronimum Lunak de Schening et nobilem ac circumspectum Michaelem Strachocki civem Biecensem littere mandati S.R.M. sub titulo et sigillo sue R.M. quarum tenor de verbo ad verbum est iste. Sigismundus Augustus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Marovie etc dominus et heres Generoso Stanislao Bonar de Balice capitaneo nostro Biecensi et secretario Fideli nobis dilecto. Venerunt iterum ad nos subditi nostri incole ville Woithowa volia prefecture Fidelitatis tue querentes Fidelitatem tuam ipsos iuxta mandati nostri litteras conservare nolle, neque eos quos in carceribus detinere dicitur dimittere velle, quod si ita esset non possemus id non nisi moleste ferre. Quare mandamus Fidelitati tue, ut predictos incolas iuxta prioris mandati nostri litteras conservet, quod si vero racione premissorum se gravatum esse senserit, sive se ad ea non teneri existimaverit extunc illi terminum comparendi coram nobis Cracovie die decima post adventum nostrum ibidem proximum prefigimus et assignamus ad dicendum causas et raciones, quamobrem premissa fieri non debeant, eos vero, quos eo nomine, quod de Fidelitate tua questi sunt in carceribus detinere dicitur primo quoque tempore dimittat, neque aliis deinceps hoc iniuriarum genus inferat, pro gracia nostra secus non facturus. Datum Petricovie octava Februarii A.D. 1559 regni vero nostri 29. Ad mandatum S.R.M. proprium

Lib. inscr. Biec. t. 14 str. 217.

Actum in Biecz feria quinta ante dominicam Judica proxima A. D. 1559.

Incolarum ville Iodlowa mandati oblata.

Oblatae sunt ad officium et acta presencia castrensia capitanealia Biecensia ex parte incolarum ville Iodlowa tenute Generosi Iohannis Strzerowski littere mandati S. R. M. sub titulo et sigillo sue R. M., quarum tenor qui sequitur est talis. Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Mazovie etc. dominus et heres Generoso Iohanni Strzerowski tenutario ville nostre Iodlowa fideli nobis dilecto graciam nostram. Generose Fidelis dilecte. Queruntur nobis graviter incole ville nostre Iodlowa se a Fidelitate tua ad labores singulis diebus in septimana prestandos, vecturas longinquas subministrandas, tum quod eosdem equos eorum proprios quantum ei videtur subministrare et pro libito suo negocia sua disponere, cum unam diem in septimana laborare, ac vecturas distancia trium milliarium obire, nec equos subministrare iuxta decretum, quod nobis exhibuerunt teneantur, cogit, insuper se preter ius et equum incarcerari ac diebus etiam sacris laborare compellit, quo factum esse refertur, quod liberi ipsorum in alienas diciones migrare coacti sunt, que res si ita esset, cum preiudicio ipsorum conivneta esset. Quare mandamus Fidelitati tue, ut in exigendis laboribus ac vecturis et equis subministrandis iuxta iura ipsorum eosdem conservet et ab incarceracione ipsorum preter ius et equum se abstineat, quod si vero aliquos labores eis obire contigerit extunc id ad racionem dierum septimanalium computetur nihilque illis deinceps occasionem querendi de se prebeat, pro gracia nostra secus non facturus. Datum Cracovie die 1 marcii A D. 1559 regni vero nostri anno 30. Ad mandatum S. R. M. proprium

Lib. inscr. Biec t. 14 str. 237.

1559.

Actum in Biecz feria tercia post dominicam Iudica proxima A. D. 1559.

Incolarum ville Iodlova in carceribus facionacio.

Ministerialis terrestris Iheronimus Iunak de Scheriny in vim sue relacionis coram officio et actis presentibus recognovit, quia ipse cum nobili Iacobo Thokarski hesterna die in villa Iodlova et curia eorundem bonorum tenute Generosi Iohannis Hnezowski vidit et bene debiteque comperit atque facionavit laboriosos cmethones eiusdem ville Iodlowa quinquaginta plus vel minus per factorem ipsius Hnerowski ex mandato suo in carceres eiusdem curie in Iodlova coniectos, quam sui incarceracionem ob id passos esse, quod videlicet ad R. M. super eundem Iohannem Hnerowski questum venerunt occasione iniuriarum suarum certarum et mandatum sue R. M. super eam reposuerunt, necnon quia unum tantum in septimana diem iuxta ira sua desuper habita atque mandatum predictum sue R. M. ipsi laborare et subministrare volunt ipsi cmethones incarcerati prefato ministeriali et nobilibus ibidem solenniter sunt protestati.

Lib. inscr. Biec. t. 14 str. 241.

1559

Actum in Biecz feria tercia post dominicam Jubilate proxima A. D. 1559.

Incolarum Jedloviensium in carceribus facionatio.

Ministerialis terrestris Iheronimus Zunak de Scheriny in vim sue relacionis coram officio et actis presentibus recognovit, quia ipse cum altero ministeriali terrestri Stanislao Malek de Kowaliowy viderunt et bene debiteque conspexerunt atque facionaverunt in carceribus curie in Jedlowa tenute Generosi Johannis Strzerowski cmethones eiusdem ville quadraginta plus vel minus per eundem Generosum Johannem Strzerowski eo, quod qualibet die ad iussa ipsius labores et quevis onera obire et prestare nolunt, tantummodo iuxta iura et privilegia sua a R. M. habita huiusmodi labores et onera prestare sunt parati; ad eosdem carceres coniectos, quam sui indebitam incarceracionem sibi et prefato altero ministeriali per eosdem incarceratos et alios liberos cmethones eiusdem ville Jodlowa solenniter obductum et protestatum esse contra eundem Strzerowski prefatus ministerialis Iheronimus Zunak recognicione sua personali mediante fassus et attestatus est.

1574.

Actum in curia regali Biecensi feria quinta post festum Epiphaniarum proxima A. D. 1574.

. . . Oddanye knyeczi ve vsi Swierzowey s czinszmy y ze wszithkymi pozithky. Naprzod oddawam kmieczi czterech konnich, ktori iedno trzi dny v kazdim thigodnyu beda powinny robicz konymi a czwarthi dzien pieszo przesz vszithek rok, thilko naiarz thidzien zupelna raz v rok powinny konny robicz, gdy thesz powinny zupelna thidzien wozicz rasz v rok. Na ozimye oszianie thesz thidzien zupelna powinny konymy robicz rasz v rok. A czi kmiecie sza powinny robicz na kazdy dzien dzien w dzien poczawszi od dnia Piotra Swiethego apostola blisko prislego po swiethim Janie, asz do dnia Krziza swiethego, ktorego bywa po Pannie Mariey posliedniey. Podrozey niewinny thilko do Kroszna. Item oddawam zagrodnikow czterech, ktori po trzi dny benda powinny robicz v thidzien, a kiedy koncz albo zacz thedy beda powinny czteri dny robicz, a daya ym strawe poczawszi od Swiethego Piotra apostola asz do Swiethego Krziza. Podrozey zadney nyewinny iedno mylye. Item oddawam zagrodnika Stanislawa Bucza, ktory nie bedzie wynyen iedno dwa dny v thegodnyu robicz y we zniwa y tho mu strawe daya. Item mlinarz bedzie powinyen ~~dwanasczie dny~~ robicz dny yeszcz vszithkey szarwarky postheppowacz. Item karczmarz bedzie powinyen dwanasczie dny robicz y szarwarky vszithky postepowacz. Item komornicziky trzi dny plecz na iarz, powabe dwa dny zacz we zniwa potty zniwa sthrawa y grabienia iaczi owszow, thedy powinny v thidzien dzien robicz, trzebaly ynsze dny po groszu usthawnye placzicz powinno yeszcz usthawnye kiedykolwiek robicz beda. Item oddalem thesz themu tho panu Janowy Gielbuthowskiemu v gumnye brog zitha dobrze nalozony, item yeczmyenia dwa brogy dobrze nalozone, item owsza dwa brogy prawie dobrze nalozone, item sziana polczwarta brogu prawie dobrze nalozonich, item thatharky piecz koncze item grochu dwa koncza, item sziemienia konopnego dwa koncza, item oddaye

thesz themu tho panu Janowy Gielbuthowskiemu pri thim naymye krow dwadzieszcza doynich, kthorich nie bedzie moczen odmyenicz, thilko yeslibi ktora zdechla bedzie powinyen ynna nasthawicz Item oddaie thesz dwa woly ku roboczie y dwie kony thesz ku roboczie. Item oddaye thesz gesi czterdzieszci, item oddaye thesz kaczek dziesziecziore, item oddaye thesz kur pospolithich malo albo wiecey szeszcidziesziath, Sprzethu domowego, naprzod dzieze chliebna, item maslnicze iedne, item brony dwye, item dom wyelkiy ze wszithkim przinalezaczim, w ktorim domu drwiczi dwanaszcie, w ktorich drwiczi szą zawiaszi dobre zeliarne y wrzeciadze zeliarne dobre y skoblie wszitky dobre oprawne w sciany u okien zamsz y u zamku wrzeczadz, lawy w bialey yzbie dobre y dwa stholy, item w czarney yzbie lawy y sthol ieden, item dwa przylawky, item w bialey yzbie piecz kawlio-wy.

Lib. inscr. Biec. t. 18 str. 283.

Actum in curia regali Biecensi feria sexta Magna A. D. 1574.

Bienarovian protestatio.

Ministerialis terrestris providus Stanislaus Pzancricz de anteurbio Biecensi coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis allegando recognovit eciam protum circa infrascripta secum providum olim Paulum Pawlowsky alterum ministerialem adesse in oim relacionis sue recognovit, quia sibi et prefato olim Paulo, ex parte providorum incolarum tocius communitatis ville Byenarowa subditorum S. R. M. tenute vero Magnifici Johannis Tharlo de Szekarzowice castellanum Radomiensem et capitaneum Pilznensem feria tercia post festum S. Jacobi apostoli proxima A. D. 1569 elapsa in et adversus eundem Magnificum Johannem Tharlo protestatum et obductum est, quod ipse adigendo et angariando eosdem incolas et cmethones ville preexpresse Byenarowa ad labores insolitos et insueta onera contra iura et privilegia eorum ipsis et antecessoribus eorum per Serenissimos reges Polonie desuper benigne concessa, eisdem cmethonibus peccora communia sedecim violenter recepit et in curiam seu predium S. R. M. ville Szyepiethnicza tenute sue abegit et impulit, de quibus ipsis tantummodo duodecim restituit et quatuor meliora pro se ibidem in predio reservavit et pro usu et utilitate suis convertit, faciens premissa in maximam iniuriam et derogacionem privilegiorum ipsorum, eodemque non contentus intencioni sue satisfaciendo et pretensos cmethones ad premissa onera et labores insolitos compellendo eosdem incolas et cmethones ville supradicte numero quadraginta quatuor per factorem suum Przewlocky appellatum in predio predicto bonorum Szyepiethnicza incarceravit et incarceratos diebus aliquot detinuit, et ut mali plus adderet stramina, que sub eis erant ipsos suffocare volens per eundem factorem suum incendit, post quorum tandem divisionem unus illorum cmethonum Franciscus Ridlowycz ex immanitate predictorum carcerum tercia die mortuus est, que omnia premissa ex parte prenominatorum subditorum contra ipsum Magnificum Johannem Tharlo sibi et prefato olim Paulo protestata et obducta esse et ea omnia ita et non aliter fuisse preexpressus ministerialis fassus est et preexpressam fecit relacionem.

Lib. inscr. Biec t. 18 str. 347.

t. 18 Insc. Brec. str. 361. 1574 4. 39

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post dominicam Conductus Pasche proxima A. D. 1574.

Mandatum S. R. M. villarum Bialobregy, Kroszienko, Suchodu Glowienka.

Oblatae sunt ad officium et acta presencia curie regalis Biecensis litterae mandati S. R. M. ex parte subditorum eiusdem Serenissime Maiestatis villarum Bialobregi, Kroszienko, Szuchodu, Glowienka capitaneatus Sanocensis racione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus ingrossari. Quibus officium presens visis in toto salvis easdem actis presentibus officii sui actiare curavit, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur talis: Henrik z Bozei Laski Krol polsky, wielky xiądz Lithewsky, Rusky, Prusky Mazowiecky, Zmudzky, Inflandzky etc. Andegawenskie, Borbonskie, Alwernenskie Xiąze: Urodzonemu Jeremu Mnyszkowi Krajczemu sthołą naszego y Staroscie naszemu Sanoczkiemu szczerze nam milemu, a w niebithnosczi yego podstaroscziemu Sanoczkiemu laskę naszą krolewską. Urodzony wiernie nam mili. Skarzili szie sam przed namy poddany ze wszi naszich Bialobregi, Kroszienka, Szuchodu, Glowienka dzierzawy waszey ku starostwą Sanoczkiemu nalezączei, ysz ie przimuszacie a przinieweliacie, aby u wasz w starostwie waszim po folwarkach naszich kupowali brogy wszeliakiego zboza w gumnich naszich za nierownne pieniądze y wielką summe, czemu ony zdolacz nie mogą z wielku swoią szkodą y zniszczeniem maięthnosczi swych y s krziwdą swoyą wiczciągaiącz na nych wielką szumę pieniedzi, za the brogi, czo my baczimi tho bicz przeciwko prawą pospolitemu y zwiczaiowy pospolithemu y s krziwdą y zniszczeniem thich poddanych naszich y nie dzierzącie tho od wasz przimuiemy, ze the poddane nasze przinieweliacze do takiego kupowania, gdysz takie kupowanye brogow nie zachowuyą szie w innych dzierzawach naszich y zadnego z poddanych naszich nie mayą przimuszacz do takiego kupowanya, bo tho iest na woly kazdego kupicz albo nie kupicz

thakze thesz skarzili sie ze im na powozi daliekie roskazuią y do thego ię przymuszaią nad staradawny zwiczay, ktorich ony nie są powinny. A thak my chczącz kazdego poddanego naszego zachowacz podlug staradawnego zwiczaiu roskazuiemy wam chczącz thak miecz koniecznie, abyscie od thych myasth thich poddanych naszich yasz daley nie przimuszaly any przinievolaly, zeby u wasz thi brogi kupowacz mieli, alie tho ma bidz na voly kazdego poddanego naszego, ktoriby dobrowolnie chczieli kupowacz; thakze thesz roskazuiemy zebiscie ich na thakie powozi nie przimuszaly, ktorych staradawna nie bili powinny, a we wszithkych ynszich reczach zebiscie ypodlug staradawnego zwiczaią zachowali nycz na nie nie podwiszaiącz gny podbyaiącz, czoby bylo ku krziwdzie ich. A isz nam sprawe dawali, zeby ym miano grozicz biciem y szadzanym dla thego ze thu do nasz na skargy przisli, thedy wam thego zakazuiemy, zebyscie ym thego nye bronily, ani thich poddanych naszych szadzaly, abo ich cziemiezily, gdisz tho iesth wolno kazdemu poddanemu naszemu chodzicz do nasz na skargy v doliegloszczach swich. A gdziebiscie themu naszemu roskazanią dosicz nie czinili, thedi wam skladamy czasz y rok pewny przed namy ku usprawiedliwienyą thich poddanych naszich od poddanya thego listhą naszego za czterzy tiedziele a ynaczey pod laską naszą zebiscie nie czinily. Dan v Cracowie dnya 20 miesiącza Kwiethnya roku Bozego 1574. Z roskazania Krolia Jch. wlasnego.

Lib. inscr. Brzes. t 18 str 361.

Actum in curia regali Biecensi feria secunda post dominicam misericordie proxima A. D. 1574.
Privilegium villarum Wolia, Zawcze, Matzowa et Lazi.
Oblatae sunt ad officium et acta presentia curie regalis Biecensis litterae S. R. M. Serenissimi olim dive memorie Sigismundi Augusti Regis Polonie ex parte incolarum villarum ad oppidum Dembowiecz pertinentium ratione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus propter aliquem fortuitum casum inseri et acticari, quibus officium visis in toto salvis et omni nota suspicionis carentibus, easdem actis presentibus officii sui inseri et acticare curavit, quarum tenor sequitur talis: Sigismundus Augustus dei gratia Rex Poloniae, Magnus dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogiciaeque etc. dominus et heres Significamus exhibitas esse nobis litteras infradescriptas in papiro sub titulo Serenissimi olim domini Sigismundi parentis nostri desideratissimi sigilloque illius appenso et manus subscriptione Rdi olim Samuelis Maciejowski episcopi Cracoviensis et regni nostri protunc vicecancellarii munitas integras et nulli vicio suspicionis obnoxias, supplicatumque est nobis ut easdem authoritate nostra regia approbare et confirmare dignaremur, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Sigismundus dei gratia Rex Polonie supremus dux Lithwaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae dominus et heres. Significamus tenore presencium quorum interest universis presentibus et futuris, exhibitum esse coram nobis rescriptum e libro consulum oppidi Dembowiecz sigillo eiusdem obsignatum continens continens compositionem et ordinationem de laboribus inter incolas aliquot villarum nostrarum infrascriptarum ad tenutam Dembowiecz Generosi Johannis Tharlo incisoris nostri pertinentium et nobilem Mathiam Gogolinsky vicecapitaneum Pilznensem huius Generosi Johannis Tharlo quorumvis bonorum procu-

ratoris et plenipotentis factum supplicatumque per incolas nostros ut eandem compositionem confirmare approbare et ratum habere dignaremur, cuius tenor ad verbum est iste: Actum in pretorio Dembovicensi Sabato ante dominicam Ramis Palmarum A. D. 1546 veniens personaliter coram residencia nostra consulari nobilis Mathias Gogolynski vicecapitaneus Pilznensis et Generosi dni Johannis Tharlo de Szczekarzowice incisoris regni Poloniae et capitanei Pilznensis omnium bonorum procurator unacum incolis villarum Wolia, Zarecze, Maiscrowa et Lazi, qui venientes unanimiter ratione laborum talem concordiam mutuam facere non compulsi, neque coacti animo bene deliberato recognoverunt. Inprimis incole ville Wolia agros in tres campos arare et conseminare communi grano prout ipsi agri conseminationem postulabunt, qui agri incipiunt a limite agri Hubynska usque ad viam, que tendit ad horeum prediale ad latitudinem et longitudinem a fluvio dicto Wolka usque ad fluvium Dambrownica. Item incole ville Zarecze unacum incolis ville Mayscrowa alios agros in tres campos incipiendo ab illa via, que tendit ad predium usque ad limitem quarte Andriskowska ad latitudinem et longitudinem ab horeo usque ad viam, que tendit ad Sulislawka post fluvium Debownica. Item incolae ville Lazi tercios agros etiam in tres camposdividendos ab illo limite quarte Andriskowska usque ad limitem quarte Pierzowska ad latitudinem et longitudinem a piscina molendinali usque ad illam viam, que tendit ad Sulislawka post fluvium Dembownica arare, conseminare, prout necessitas temporum postulabit tenebuntur et sic tenebuntur arare et seminare prout boni cmethones sibi ipsis arant et conseminant. Item acervos quelibet villa ex suis roboribus et lignis unicuique frumento comparare et facere tenebuntur, sed tamen dominus stramen et acervos tenebitur ipsis dare. Item omnes fimos prediales ad agros ubi necessitas

postulabit tenebitur evehere quolibet anno. Item quolibet anno et quilibet cmetho robora alias bierzmo unum bonum ad longitudinem duodecim cubitorum tenebitur adducere. Item per unum par roborum alias na krokwy, item per quatuor tignos alias laty item pallos, rubetha ad sepes, ubi necessitas postulabit adducere et etiam ipsi cum eis sepire tenebuntur. Item ad piscinas rubetha quantum necessitas postulabit adducere et etiam ipsi cum eis sepire tenebuntur advehere. Item omnes cmethones qui equos et pecora apta ad laborandum non habent ipsi omnes in subsidium dimissi sunt. Item ligna per quatuor currus quilibet cmetho secundum decretum R. M. tenebitur quolibet anno secundum capacitatem currus aducere. Item prata, que inter agros prefatos sunt posita, quelibet villa falcastrare et componere et ad predium conducere tenebuntur alias karda viesz na swim vrorze. Item prata, que sunt post fluvium Tyglokia ista omnia defalcastrare, congregare et ad predium domini tenebuntur conducere et etiam huic feno acer~~vagre~~ extruere tenebuntur, sed quando hec prata falcastrabuntur, dominus pro falcastratione eorum hactualia cervisie duo tenebitur eis dare. Item quod attinet canapalia quantumcunque seminabunt, iam peramplius ad laborandum ea non debent compelli. Item etiam quantum attinet ad eradicationem herbarum inutilium de frumentis ortis alias vyplicwienye non tenebuntur extirpare ~~alias~~ peramplius. Item iam de cetero ad laborandum et ad alia omnia non debent astringi neque compelli nisi tantum ad ea, que sunt superius specificata et descripta, minuta extradita et iure consulum oppidi Dembowiecz concordans cum suo originali de verbo ad verbum. Quam quidem composicionem et ordinationem de laboribus, nos ut competentem factam ratum habere approbando et confirmando duximus ita ut approbamus et confirmamus hisce litteris nostris decernentes eam per omnia robur debite firmitatis obtinere. Harum quibus sigillum nostrum est appensum

testimonio litterarum. Datum Cracovie feria quarta post festum Visitacionis Beatae Marie virginis A. D. 1546 regni vero nostri quadragesimo. Relacio Rdi in Christo patris domini Samuelis episcopi Cracoviensis et regni Polonie vicecancellarii Samuel episcopus Cracoviensis et vicecancellarius subscripsit. Nos igitur Sigismundus Augustus rex annuentes supplicationi predictas litteras suprascriptas in omnibus punctis, clausulis, articulis et condicionibus in eisdem litteris contentis expressis authoritate nostra regia approbantes et confirmantes duximus approbamusque et confirmamus presentibus decernentes easdem robur debite et perpetue firmitatis obtinere in cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Varsaviae vigesima mensis Septembris A. D. 1558 regni vero nostri vigesimo nono. Iohannes Przerembski R. Polonie vicecancellarius scripsit. Relatio Rdi in Christo patris dni Iohannis Przerembski nominati episcopi Chelmensis et regni Polonie vicecancellarii.

Lib. inscr. Brić t. 18 str 363.

Actum in curia regali Biecensi feria quarta post dominicam Misericordie proxima A. D. 1574.

Binarovian protestatio. Ministerialis terrestris providus Stanislaus Rzanecivs de anteurbio Biecensi in vim relacionis sue coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis recognovit, quia feria tercia in crastino Assumptionis Beate Marie virginis in anno domini 1569 sibi ex parte subditorum S. R. M. incolarum ville Bienarova tenute Magnifici Johannis Firlej castellani Radomiensis et capitanei Pilznensis per eosdem incolas ville preexpresse Byenarowa protestatum est, quod ipsi non animo benivolo neque spontanee sed vi coacti et compulsi per eundem Magnificum castellanum atque minanitate et austeritate carcerum dictorum Murim in curia ville Sybutscha subtus terram existencium perculsi, in quibus eosdem idem Magnificus castellanus aliquot diebus ad labores insolitos et privilegio ipsorum contrarios adigendo et angariando detinuit et dimittere eosdem de ipsis carceribus quousque sibi labores pro libitu ipsius prestarent et subeundos concederent noluit, eosdemque (cum ipsi allegassent se prestaturos adactos tamen eiusmodi carceribus et longiorem eorundem detencionem aspernando et effugiendo, quum ibi de vita sua periclitabantur) de eisdem carceribus e curia predicta in civitatem Biecensem secum descendere compulit et in pretorium ipsius civitatis sese sistere mandavit, in eodem pretorio stantes assertam recognicionem inspontaneam ac illiberam fecerunt seu ordinacionem de laboribus subeundis a iuribusque suis recedere noluerunt, sed aliquod eorum nimis perterriti sine assensu et voluntate reliquorum se non consentire, verum vi coacti, prestandos labores predictos sustinere a iuribus suis non recedendo ad certum tempus velle asseruerunt, quod sibi ministeriali per prefatos subditos ibidem in pretorio in presencia consulum civitatis Biecensis et aliorum hominum protunc congregatorum in instanti de violentia, gravaminibus, carceribus et angariis illorum contra ipsum Magnificum castellanum protestatum idem suprascriptus ministerialis esse recognovit preexpressamque de premissis fecit relacionem.

Lib. inscr. Biec. t. 18 str. 364.

Actum in curia regali Biecensi feria quarta post festum Inventionis S. Crucis proxima A. D. 1574.

Manduum S. R. M. villarum Zaorcza, Woley, Maynowa et Lasz
Oblate sunt littere mandati S. R. M. Polonico idiomate scripte ad instar citacionis cum prefixione termini contra Generosum Georgium Mnyszek capitaneum Sanocensem, ex parte subditorum S. R. M. villarum ad oppidum Dembowiecz pertinentium tenute prefati Georgii Mnyszek sub titulo et sigillo minoris cancellarie eiusdem Serenissime actis illesis ratione infrascriptorum emanate petentesque easdem actis presentibus inseri, quibus officium presens visis in toto salvis easdem actis presentibus actuari iussit quarum tenor verborum sequitur talis: Henrik z bozey laski Krol Polski, wielkie xiąze Litewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowieckie, Zmodzkie y Andegawenskie, Borbońskie y Alwernenskie xiąze. Urodzonemu Ierzemu Mnyszkowy crayczemu naszemu starosczie Sanoczkiemu wyernie nam milemu laskę naszę Kroliewską, a z nyebitnosczi yego urzędnikowy albo arendarzowy yego urodzony wiernie nam mily, przisly thu do nasz poddani naszi ze czterech wsią z Maiznowa, z Woliey, z Zaorcza y z Lasz drierzawy waszey skarząnsz szię obcziazliwie na wasz albo urzednika waszego yze ię primuszaią na czidzie y nierwikle robothi priniewalaiącz ie do thego, aby na kazdy dzien robili nad prawa y prywileye yeh ktore mayą od prodkow naszich slawny pamięczy Kroliow polskych. Skarzili szię tesz yze ye podbiyaią na strze zakiesz nierwikle, ktorych ony predthim za ynszych drierzawiecz przeslych prodkow waszich nięponinni bili, takze szię tez skarzili ze ię primuszaią do thego, aby owiesz dawali, ktorego ony iako thu pred namy sprawe daly nięponinny dawacz. Skarzili szię thesz, czy poddanny naszy wisey omienieny, yze tham niektorem pobrano rolię yeh zakupne za ktore ym nyez nie dano, takze szię thesz skarzili, ze ye primuszayą do thego, aby thramy wozili do pily, wienczey nyez powinny y nysz w prawyech yeh yesth opisano, skarzili szię tesz usz poddany naszy wyrzey omienieny

że ye przymuszayą do thego żeby drwa woziły, kiedy ym yedno roskaże do miastha na przeday, czo iest rzecz niesłuszna, aby poddany naszey miely drwa na przeday wozić tilko na potrzebę wassę y tho według powinnoszczy y prawych, ktore mayą, a thak wam roskazuiemy, y tho po wasz koniecznie mieć chczemy, abyszczie thych poddanych naszich wyżey omienionych nie wiciągali na wiethsze robothy, yeno yako prawo pospolithe uczy, a około rzeczy ynnych wyżey omienionych, o ktore szię czy poddany naszy skarzili przed namy, abyszczie ye zachowały według praw y przywileiów ych, ktore mayą od przodkow naszych sławney pamięczy kroliów polskich. A yż szię thesz skarzą, że ym grożą katowaniem srogiem a tho, że thu do nasz na skargy chodzą w doliegloszczach swich, thedy my thego zakazuiemy, gdiż tho ma bicz wolno kazdemu poddanemu naszemu do nasz chodzicz na skargi a niema ym thego nikth bronycz, a ynaczey pod łaską naszą Krolewską abyszczie nie czyniły, a yesly żebyszczie na then listh nasz dbacz nie chcziely, a przyczyni yakie do thego dawały, thedy wam thu składamy rok od poddanya thego listha za dwye nyedzieły y osobye thu nam sprawę dały. Dan w Krakowie 29 mieszyącza kwythnya R. P. 1574. Ad vlatne roskazanye Krola J. M. Stanislaus Ossowsky refferendarius scripsit.

Lib. ruu. Brec t. 18 str. 391.

1574.

Actum in curia regali Sanocensi feria quinta post festum Invencionis S. Crucis proxima A. D. 1574.

Mandatum S.R.M. villarum Zlochowa, Zistrzina, Krosienka.

Oblate sunt littere mandati S.R.M. polonico idiomate scripte ad instar citacionis cum prefixione termini contra Generosum Georgium Mnyszek capitaneum Sanocensem, ex parte subditorum S.R.M. villarum ad capitaneatum Sanocensem pertinencium tenute prefati Georgii Mnyszek sub titulo et sigillo minoris cancellarie eiusdem Serenissime Mtis illesis racione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus inseri, quibus officium presens visis in toto salvis easdem actis presentibus actiuare curavit, quarum series verborum sequitur talis: Henrik z Bozey laski Krol Polski, Wielky Ksiądz Lithewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmudzky, Andegavenskie, Borbonskie, Alwernenskie Ksiąze etc. Urodzonemu Jerzemu Mnyszkowy Krayczemu stołu naszego y staroscie naszemu Sanockiemu wyernie nam milemu, a w nyebitnosci yego podstarosciemu Sanockiemu laskę naszą Crolewską. Urodzony wiernie nam mily. Skarzili sie nam przed nami poddany ze wsi naszich Zlocowa, Zistrzina y z Gornego Krosienka dzierzawey waszey na starostwą Sanockiemu nalierzączi, isz ye przimuszacie y przinievoliacie, aby u was w sthaworsthwie waszim po folwarkach naszich kupowali brogy wszeliakiego zboza w gumnych naszich za nieznośne pieniądze y wielku summe, czemu ony zdolacz nie mogą z wielka swoją skodą y zniszczeniem maithnosci swich y z krzywdą swoją, wyciągaiącz na nych wyelką summę pieniendzy za the brogy, czo my baczimy tho bidz przeciwko prawą pospolithemu y s krzywdą a z nyszczeniem thich poddanych naszich, gdisz takie kupowanie brogow nie zachowąye sie w ynnich dzierzawach naszich y zadnego poddanego naszego nye mayą przimuszacz do takiego kupowania, bo tho ma bidz na woly kazdego kupyecz albo nie kupyecz. Thakze thesz skarzili sie, ze ym na powoz dalekie roskazują y do thego ie przimuszaią nad staradawny zwiczay, ktorych ony nie są powinny, skarzili sie takze, ze ie ponie-

voliayą robicz do iazu do Sanoka na wyelkiey wodzie, gdzie sie
szamy topią y konie swe z wielką ych trudnosczią y z wielką szkodą
y muszą tham mieskacz zayechawszi do thego iazu sztha dny
z czasem thydzien, czego any przedthym niebili powinny. Skarzili
szie thakze, ze ym kazu z dalekich lianow drewo czyestkie woyczy
we złą drogę mieniącz tho bidz drewo na potrzebe nasze ku budo-
wanyą a samy ye obraczaczie do ynszich ynion szwych własnych
dziedziwnych, za ktorym wozeniem drewa konie sobie psuyą
y wnywecz szie obraczayą bo go zwoziczz nie mogą, dla wyelkoszi
z wielką ych szkodą a uczeszenym y nad staradawny zwiczay
czego przedthem nie powinny były. A thak my chczącz kazdego
poddanego naszego zachowacz podług staradawnego zwiczayą
roskazuiemy wam chczącz tak mieczz koniecznie, abiszcie od
thich miasth thich poddanych naszich yasz daliey nie przimu-
szaly any przinievolaly, zeby u wasz the drogy kupowacz mielj
allie tho ma bidz na voliey kazdego poddanego naszego, kto-
ryby chczialy dobrowolnie kupowacz. Thakze thesz roskazuiemy
zebiszcie ych na takie powozy nie przimuszaly, ktorych stara-
dawna nye bily powynny, a w wszithkiech ynszich rzeczach
zebiszcie ye podług staradawnego zwiczayą zachowaly, nyecz
na nye nie podwyzszayącz any podbiyayącz, albo thesz przinievo-
layącz, czoby tho bilo ku krzywdzie ych y nad powinnoscz ych.
A ysz nam sprawe dawaly, zeby ym miano groziczz bizziem y
szadzaniem dlya thego, ze thu do nasz na skargy przisly, thedy
wam thego zakazuyemy, zebiszcie ym thego nie broniły, any
thych poddanich naszich szadzaly, abo ych czwiczily, gdisz
tho ma bidz wolno kazdemu poddanemu naszemu chodziczz
do nasz na skargi w dolieglosczach swych. A gdziebiszcie themu
naszemu roskazanyą dosicz nie uczinily, thedy wam składamy
czas y rok pewny przed namy ku usprawiedliwyenyą thych pod-
danych naszich od poddanya thego listhą naszego za cztery nyedzy-
lie, a ynaczey pod laską naszą zebiszcie nye czinily. Dan w Krakowie
dnya 26 myesziącza kwyethnya roku Bozego 1574. Z roskazania Krolya Jeh
Własnego. Stanislaus Ossowsky refferendarius scripsit

Lib. mss. Brec. t. 18 k. 396.

Actum in curia regali Biecensi feria secunda post festum S. Stanislai proxima A. D. 1574.

Protestatio villarum Zaniecze, Wolya, Zary etc.

Ministerialis terrestris providus Stanislaus Brancricz de Ante urbio Biecensi coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim relacionis sue recognovit, quia sibi die dominico hesterno in curia bonorum Dembowiecz ad opidum hoc idem situm ex parte incolarum de villis Zaniecze, Zary et Wolya Dembowyeczska obductum et protestatum est eorundem incolarum et cmethonum incarceratio et in camera detentio per nobilem Iohannem Hordinsky factorem seu arendatorem bonorum Dembowiecz adigendo eos ad labores insolitos post reditum eidem, ex parte prefatorum incolarum S. R. M. mandati litteras Sabbato proxime preterito facta. Quos cmethones idem ministerialis die suprascripto dominico in eadem detencione et incarceratione coram officio presenti se vidisse fassus est et de eo fecit expressam relacionem.

Lib. inscr. Biec. t. 18 str. 401.

1574

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post festum S. Stanislai proxima A. D. 1574.

Decretum S. R. M. villarum Rogi, Mieyszowa et Lubathowka. Oblate ad officium et acta presencia curie regalis Biecensis littere decreti S. R. M. ex parte incolarum villarum Rogi, Mieszowa et Lubathowka contra Generosum Georgium Mnyszek de Magna Konczyce capitaneum Sanocensem ratione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus inseri. Quas officium actis officii sui capitanealis ingrossari curavit, quarum tenor sequitur talis: Henrik z Bozey laski Krol Polski, wielky Xziądz Litewski Ruski, Pruski, Mazowiecki, Zmudzki etc. Andegawenskie, Borbonskie y Alwernenskie Xziąze. Oznaimuyemy vnem wobecz y kazdemu zosobna komu tho wiedziecz nalieszy, yz gdy thu przisly poddany naszy ze wszy Rogow, Mieysza y Lubathowza ku staroscthwu Sanockiemu nalieząnczy skarząc sye na Urodzonego Gerzego Mnyszka krayczego dolą naszego y starosthe naszego Sanockiego, albo raczey na urzędniki, abo thesz arendarze yego, ze ye primuszają na robothy nieznosne y niepowinne karząc ym robycz na kazdi dzien w thidzien bez przestanką, zacim odpoczinku nigdy nye miwayą, skazili szie takze ym ustawicznie drwą wozicz każą do browaru, czanem ie muszą kupowacz za swe wlassne pieniądze, y gdi thesz treba v gumnye brogow poprawiacz, thedy ym każą, boczini wozicz a nye ukazu ym, gdzie ye mayą bracz, ze ye muszą za swe wlassne pieniądze kupowacz. O powozy takze szie skarzily, ze ye na daliekie primuszayą, chocziay od nych za the powozy owyesz pewną myare odbierayą, przedszie ony muszą y powozy y owiesz dawacz nieprzestayącz na yednem nad obiczay staradawny, ze ym bronyą wygoną do rzeky dlya napawanya bydla y ugoru takze bronyą, zeby nye paszaly, chocziay na robocie folwarkowy robiayą nad staradawny obiczay. O strazą thesz skarzily szie ze ye przimuszayą przedsze z roboth po kylkanascie chodzycz na nye do dwora. Na ktorą skargę tych poddanych naszich od urodzonego Jerzego Mnyszka starosty naszego Sanockiego

dawal the sprawe sliachethny Mychal Kroskowsky arendarz yego, ze czo sie dothicze okolo robothi dlia thego ym karzu na kazdy dzien robyecz, ze yaczey na godzine abo na dwye wychodzą na robothy. A thak my przesluchawszy thych wszithkych skarg, iako then y odpowiedzi arendarza ych postanowilismy miedzy niemy, ze czo sie dothicze roboth, przichi-liayącz szie w they miarze zwyczaiowy pospolithemu y statutowy coron-nemu skazalismy, ze nie mayą bidz na więtsze robothy przimuszeny, yedno z lanu czałego dwa dny w thidzien, a s pullanka dzień yeden wnakze na robothy mayą rano o wschodzą slonecza wychodzicz a ro-byecz asz do zachodzą w polu, dwye mayą miecz odpoczinek dwye godzinie dlya siebie y bydla swego, a na robothe nie mayą slacz chlopiąt iedno rosle abo szamy yscz, a nie po iednemu abo po dwą mayą sie wyrywacz, ale wszithczy społem na yeden dzień y gdy ym robothe zakazą. Czo sie thicze drew wozenya, yesly ym kazą drwa woszicz, thedy tho za dzien ma bidz iako tesz inne robothy, y nie mayą ych za swe pieniądze kupowacz. Czo szie thesz thicze odworow ze y odwozy y owyesz dawayą, gdysz drugu daią oznową, za dalny powozy postąpily, thedy nie mayą ych na ynaksze odwozy przimuszacz, yedno ze zborem do targu do Crosna abo do Duklyey, y tho rasz w thydzien yednego dnya y nie na dwyą. Mayą thesz miecz volny wigon do rzeky dlya napawanya dobithkow ych wedlie staradawnego zwiczayą, a nie ma ym thisz bronicz volny pasze na ugorach, kiedy na robocie folwarkowy robyą, czo sie thesz thicze stro-zey, na strazą nie mayą ych wydlie razem yedno po dwą koleyą chodzicz z zagrodnikamy. A ysz szie skarzily o lanove, ze za ny daly roskazalismy themu arendarzowy, zeby ym po dwą kiedzil zaplacil y wrocil tho, czo ym staradawna powinno dawacz, zeby ym zawse dawano, tho iesth beczke pywa wszitkiey gromadzie, od przedzienya przedze, ktore prze-dzenie powinny niewiasthy, abo zony ych. Czo szie thesz skarzili, ze kiedy sie ktory s nych abo szam, abo szina ozenyą, abo dziewke wydaye, thedy ym bronyą na weselye wziącz pywa z miastha, czo ysz bi bila necz tho nieprzistoyna, roskazuiemy, aby ym thego nie broniono. A ysz sie thesz skarzily, y ze ym bronyą drew w lieniech na opal y na ogrodzenie, thedy ym thego bronyecz nie mayą. Czo sie thesz skarzily, zeby ym miano groszy, karacz ye o tho, abo sadzacz, ze thu do nasz na skarge thesz przidly, thedy my thego zakazuiemy, aby ym thego nie broniono, any byeziem any nadzanym o tho ych criemięzono. A na swiadecthwo thego pieczec naszą przicisnaczeszmy kazaly. Dan w Krakowie dnya 4 miesziącza Maya Roku Bozego 1574. Stanislaus Ossorsky refferendarius scripsit

Lib. inscr. Reci. t. 18 str. 401½

1574

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post dominicam Rogationum proxima A. D. 1574.

Mandatum S. R. M. ville Zalese.

Oblate sunt ad officium et acta presencia curie regalis Biecensis littere mandati S. R. M. ex parte incolarum ville Zalyze contra Generosum Georgium Mniszek de Magna Kuncziza capitaneum Sanocensem ratione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus inseri, quas officium actis officii sui capitanealis ingrossari curavit, quarum tenor sequitur talis: Henrik z Bozey laski Krol Polski, Wielki Xiązę Lithewski, Ruskie, Pruskie, Mazowieczkie, Zmudzkie etc. Andegawenskie, Borbonskie, Alwernenskie Xiązę. Oznaimyyem wszem wobecz y kazdemu z osobna komu tho wiedziecz nalezy, isz gdi thu prisly poddany naszi do nasz ze wsi Zalesza dzierzawy sembowieczky skarzącz szie na urodzonego Jerzego Mniszka Krainego naszego, starostha naszego Sanoczkiego, albo raczei na urzedniky yego przi bithnosczi yego samego, ysz ye primuszaya na cieskie a ustawiczne robotthy na kazdi dzien, skarzily szie thesz, ysz ye primuszaya na powozi daliekie, a ysz na nych y powozy y po czwierthny owsza wiciągaya, thakze thesz ze ye primuszaya do thego, aby tramy wielkie wozily, ktorych konie ych zwoziczi nie mogą, thedy my wysluchawszy pilnie thak skarg thich poddanych naszich wiszey omienionych, yako thesz odpowiedzi starosty naszego thakesmy postanowili; isz czo szie thicze roboth, thedy czy poddany naszy wiszey omienieni nie mayą bidz na wiąksze robotthy primuszeni, iedno z laną czalego dwa dny w kazdy thidzien a s pullanku dzien ieden w kazdi thidzien, a wszakze thak robotthy maią zaczinacz ze od slonecza wschodą mayą na robocie stawacz, a asz do zachodą slonecza robyecz, a w poludnie maią miecz odpoczinek sobie y bidlu dwie godzinie, a mayą na robotthi slacz ku zrabianyą pothocznych roboth od sziebie czeliadz godną ku robocie, albo samy mayą biwacz. yesliby ktho nie mial kogo godnego od siebie poslacz, thak iako sobie zarabiaya. A na robotthy mayą wszisczy razem wichodzicz, kiedy ym z dworą oznaimią a nie po iednemu, any po dwą. A czo szie

thore o powozy, thedy nie bendą powinny wielnech powozow czinicz yedno do przilieglich bliskich miasteczek ze zbozim na targ albo s czym ie yedno poslią, a yz miastho dalnich powozow szamy dawno yasz postąpili po czwierthny owsa y tho ieszt przez revizori opissano, thak yako thu dawal przed namy sprawe sluga starosthy naszego Janowskiego ze nie yezdzą na powozy daley mile, tedy dalei nie mayą yezdzicz yedno milie, yako then tho sluga sprawe dawal, thedy sie mayą sprawowacz vedlug revizorskich regestrow, iesli tho w nych opissano. A yesliby tho nie bilo w regiestrech revizorskich, aby thego na nych nie wiciągano. A czo sie thicze o wozenie thramow thedy nie powinny bendą wielkich tramow wozycz, yedno takie yakie bendą mogli zmocz konie ich. Iysz sie thesz skarzą ci poddany naszey wiszey omienieny, ze ye biyą y szadrayą o tho ze thu do nasz w doliegloszciach swych na skargi chodzą thedy my thego zakazuiemy, gdysz tho ma bicz volno kazdemu poddanemu naszemu do nasz na skargi chodzicz a nie mayem thego nikth bronycz. A na swyadecztwo thego pieczencz nasze przicziszniączessmy kazali. Dan w Krakowie 12 dnya miesiącza Maya roku Bozego 1574 panowania naszego roku pierwszego.

Stanislaus Ossowsky refferendarius scripsit.

Lib. inscr. Biec. t. 18 str. 408.

Actum in curia regali Biecensi feria secunda post festum Ascensionis domini in coelum proxima A. D. 1574.

Mandatum S. R. M. ville Ostrownica.

Oblate sunt ad officium, actaque presentia capitanealia Biecensia littere mandati S. R. M. titulo et sigillo minoris cancellarie regni ac proprie subscriptione eiusdem R. M. illesis munite, ex parte incolarum de villis Bialobrzegy, ~~Krosciencko~~ Suchodol, Glowienka et Krosciencko super Generosum Georgium Mnyszek capitaneum Sanocensem racione infrascriptorum emanate petencium easdem actis presentibus actican mandari, quibus officium visis in toto salvis et omni nota suspicionis prorsus carentibus, easdem actis iis ingrossandas curavit, quarum ~~tenor~~ sequitur tenor estque talis: Stephanus Dei gracia rex Polonie, Magnus dux Lithwanie, Russie, Prussie, Masovie etc necnon Transilvanie princeps. Generoso Georgio Mnyszek incisori mense nostre Sanocensi, Sokaliensique nostro capitaneo fideli nobis dilecto graciam nostram regiam. Generose fidelis nobis dilecte. Questi sunt nobis per supplicacionem incole villarum Bialobrzegy, Suchodol, Glowienka, Krosciencko subditi nostri ad capitaneatum Sanocensem pertinentes tenute Fidelitatis tue, quod Fidelitas tua non attento decreto nostro non ita pridem Leopoli lato, quo decrevimus sexaginta marcas pecunie et quadraginta quatuor pecora per Fidelitatem tuam sibi recepta in decursu quatuor septimanarum a data decreti nostri hac in re lati computando illis restitui debere, nihilominus Fidelitas tua hucusque premissa reddere et restituere non vult neque curat, prout non reddidit nec restituit, quod nos in levipendium authoritatis nostre ac decretorum nostrorum et cum magno damno, detrimentoque illorum censentes moleste id, ut debemus ferimus. Et quia decreta nostra frustra ferantur, nisi debite exequutioni demandentur, ideo mandamus Fidelitati tue omnino habere volentes et quam primum presentibus litteris nostris requisita fuerit prefatam pecuniam et pecora sine ulterioribus dilacionibus et procrastinacionibus illis reddat et restituat, ac in omnibus ita se cum illis gerat, ne ullam occasionem ~~Queren~~ conquerendi coram nobis prebeat, et aliter Fidelitas tua pro gracia nostra et

/verte

+
sub pena contra inobedientes officiales nostros legibus prescriptis facere et admittere amplius non audeat. Datum Cracovie 21 die mensis Octobris A. D. 1578, regni vero nostri anno tercio. Stephanus rex subscripsit. Stanislaus Ossovski refferendarius.

Lib. inscr. Brzi. t. 21 str. 641.

1581

Actum in curia regali Biecensi feria sexta post dominicam Letare proxima A. D. 1581.
Oblate sunt ad officium et acta presencia capitanealia Biecensia littere mandati S. R. M. sub titulo et sigillo ac manus propria eiusdem R. M. subscripcione, ex parte incolarum ville Bienarowa racione infrascriptorum emanate, petencium easdem actis presentibus ingrossari et actiari mandare, quibus officium visis in toto salvis omnique nota suspicionis prorsus carentibus easdem actis officii ingrossandas curavit, quarum tenor est talis: Stephanus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie, Samogitie etc. Transilvanie princeps. Magnifico Iohanni Tharlo pallatino Lublinensi, capitaneo Pilznensi et villarum nostrarum Lybuscha, Siepiethnycza et Bienarowa ad capitaneatum Biecensem pertinencium tenutario nostro sincere nobis dilecto graciam nostram regiam. Magnifice sincere nobis dilecte. Questi sunt coram nobis incole ville Bienarowa subditi nostri, quod Sinceritas tua eosdem ad insolitos ac inusitatos labores contra prescriptum privilegiorum et decretorum illorum cogat et compellat, non ex alia racione, quam quod videat illos res, libertatesque curare, atque illis pro posse suo subvenire velle. Proinde mandamus Sinceritati tue, ne quicquam contra incolas predictos iam amplius, quod cum preiudicio illorum esset, fieret, agat, agique permittat immo eosdem circa iura et decreta a Serenissimis antecessoribus nostris occasione exercendorum et peragendorum laborum ceterarumque iniuriarum illis concessa conservet, conservarique curet pro gracia nostra secus non factura. Datum Varschavie die 27 mensis Ianuarii A. D. 1581 regni nostri quinto. Stephanus rex subscripsit.

Eorundem privilegium.

Oblate sunt ad officium et acta presentia curie regalis Biecensis littere privilegii pargamenee S. R. M. titulo et sigillo subappenso ac manus proprie subscripcione eiusdem R. M. illesis munite, racione infrascriptorum emanate ex parte incolarum ville Bienarowa, petendo easdem ob diversos usus actis presentibus ingrossari

1581

et acticari mandavit, quibus officium presens viis in toto salvis et omni nota suspitionis prorsus carentibus easdem actis presentibus ad affectionem ipsorum prefatorum incolarum ingrossandum curavit, quarum tenor sequitur talis: Stephanus dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie, Samogitie etc necnon Transilvanie princeps. Significamus presentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis reproductas esse coram nobis nomine incolarum ville Binarowa in terra Cracoviensi et districtu Biecensi consistentis ad castrum nostrum Biecense pertinentis binas litteras in pergamino scriptas, sanas, salvas et nulla in parte viciatas primas nimirum sub titulo et sigillo Serenissimi olim Sigismundi Augusti regis tum subscriptione Reverendissimi Samuelis Macieiowski epi Cracoviensis et regni Polonie cancellarii emanatas ordinacionem certam laborum per eos obeundorum et libertatem a laboribus per Serenissimum olim Casimirum predictis incolis concessam et per Sigismundum Augustum regem confirmatam in se continentes, alteras titulo et sigillo eiusdem Serenissimi regis Sigismundi Augusti et subscriptione relationeque Magnifici olim Johannis Ocieski regni Polonie cancellarii munitas super decretum a divo Sigismundo Augusto rege obtentum, que memorati subditi nostri iuxta privilegia sua a predecessoribus sue clmtis concessa de exercendis laboribus in privilegio contentis perpetuo conservarunt et eodem decreto sententia nonnullorum commissariorum ad sopiendum controversiam interdum deputatorum retractata est, supplicatumque est nobis, ut easdem litteras authoritate et de speciali gracia et sciencia nostra approbare, confirmare et ratificare dignaremur, quarumquidem binarum litterarum tenor est de verbo ad verbum sunt tales:

Sigismundus Augustus dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie, Samogitie etc. dominus et heres. Significamus presentibus litteris quorum interest universis, quod producte sunt coram nobis littere divi parentis nostri eius sigillo appenso munite nomine incolarum ville Byenarowa in terra Cracoviensi et districtu Biecensi consistentis

ad castrum nostrum Biecense pertinentis ordinacionem certam laborum per eos obeundorum et libertatem a laboribus per Serenissimum olim principem dominum Kazimirum avum nostrum desideratissimum illis concessam et per divum parentem nostrum ipsis confirmatam in se continentes, supplicatumque est nobis, ut eas approbare, confirmare et ratificare dignaremur, quarum litterarum verba sunt hec: Sigismundus dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie Russie, Prussie, Maxovie etc dominus et heres. Significamus tenore presentium universis et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quia exhibite sunt coram nobis littere Serenissimi olim principis et domini Kazimiri regis genitoris nostri desideratissimi eius sigillo appendente communite pro parte incolarum ville Bienarowa in terra Cracoviensi et districtu Biecensi site ad castrum nostrum Biecense pertinentis ordinationem eiusdem Serenissimi genitoris nostri de laboribus per eos obeundis et libertatem a laboribus obstaculi et purgatione fosse molendini nostri Biecensis ipsis concessam in se continentes, supplicatumque est nobis, ut easdem literas propter earum vetustatem renovare, ac in omnibus earum articulis authoritate nostra ordinaria ratificare et confirmare dignaremur quarumquidem litterarum tenor sequitur et est talis: Casimirus dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussieque dominus et heres. Significamus tenore presentium, quibus expedit universis presentibus et futuris harum noticiam habituris, quod licet super kmethonibus ville nostre Bienarowa in terra Cracoviensi et districtu Biecensi situate iusto iudicio acquisiveramus et superlunti fuimus, quod nobis et nostris successoribus quatuordecem dies annuatim laborare more aliarum villarum districtus eiusdem Biecensis tenerentur, tamen attenta eorundem kmethonum inopia de innata nostre celsitudinis clementia cum eisdem mitius agere cupientes eisdem kmethonibus sex dies laborum graciose indulsimus annuatim ita, ut quolibet anno per octo dies

duntaxat, sex videlicet cum iumentis et pecoribus, duos vero pedestraliter nobis et successoribus nostris aut eorum tenutariis pro tempore existentibus in predio nostro Swyepiethnyera omnes et singuli ville dicte cmethones tenebuntur laborare temporibus perpetuis duraturum, volentes autem eosdem cmethones predicte ville nostre uberiori gratia nostra esse provisos, absolvimus eos et libertamus ab omnibus laboribus molendinalibus, obstaculi alias Iazu siti in fluvio Ropa sub castro nostro Biecensi decurrente et ab omnibus ducturis vulgariter nuncupatis fory de magna silva, super quibus antea pro castro nostro Biecensi more aliarum villarum extiterant obligati et ab emundatione fossate alias Przekopy prefati Biecensis molendini cuius emendationem ex antiquo intendebant, a quibus suprascriptis oneribus nominatim expressis omnes et singulos dicte ville Byenarowa cmethones et incolas eximimus, libertamus et absolvimus nunc et in evum, exemptosque ac liberos et absolutos fieri volumus et decernimus tenore presentium mediante, in cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est subappensum. Actum et datum in Nova Civitate Corczyn feria quinta ipsa festi Sancti Luce Evangeliste A. D. 1470. Relacio Magnifici Iacobi de Dambno regni Polonie cancellarii et capitanei Cracoviensis. Nos itaque Sigismundus rex prenominatus considerando supplicacionem preditorum incolarum ville nostre Bienarowa esse iustam et litteras preinsertas in nullo viciatas omnique prorsus suspitione carentes, illas et omnia in eis contenta approbavimus, ratificavimus et confirmavimus, approbamusque, ratificamus et confirmamus, ac robur perpetue firmitatis habere volumus et decernimus per presentes, quibus in testimonium sigillum nostrum est appensum. Actum et datum Cracovie feria quarta proxima ante festum Nativitatis S. Iohannis Baptiste A. D. 1521, regni vero nostri anno quindecimo. Petrus episcopus et vicecancellarius significat. Relacio Reverendi in Christo patris domini Petri episcopi Premisliensis

et regni Polonie vicecancellarii. Cui quidem supplicationi nos haud gravatum annuendo predictas litteras in omnibus earum punctis approbandum, confirmandum et roborandum duximus, approbamusque, confirmamus et roboramus decernentes eas vim et robur perpetue firmitatis obtinere debere, harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Cracovie feria quinta ante dominicam Cantate A. D. 1549 regni vero nostri vigesimo. Samuel episcopus Cracoviensis et regni Polonie cancellarius scripsit. Relacio Reverendi in Christo patris domini Samuelis episcopi Cracoviensis et regni Polonie cancellarii.

Secundarum vero litterarum verba sunt hec: Sigismundus Augustus Dei gratia rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie, Samogitie etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium quibus expedit universis et singulis, quia quemadmodum causa est et actio inter Generosum Joannem Tharlo capitaneum nostrum Pilznensem tanquam actorem ab una et laboriosos cmethones et incolas ville nostre Byenarowa ad capitaneatum Biecensem pertinentis tenute prefati Johannis Tharlo conventos ex altera partibus coram certis nostris commissariis, quibus inter partes ipsas negocium de exercendis et obeundis laboribus nobis et ipsi tenutario nostro debitis cognoscendam commiseramus vertebatur ac mota fuit. In qua quidem causa ipsi commissarii nostri dictorum incolarum nostrorum privilegiis ipsis a predecessoribus nostris concessis, quibus se ab annualibus et quotidianis laboribus exemptos fuisse allegabant, ac vigore earum octo dies duntaxat quotannis, sex videlicet cum iumentis et pecoribus, duos vero pedestraliter et non plus nobis vel nostro capitaneo laborare debere comprobabant, ac se circa illa conservari petebant non attentis ipsis incolis singulis hebdomadis quotannis unum diem laborare decreverunt, atque iniunxerunt, quod quidem decretum ipsi incole pro rato non suscipientes

ab eodem ad Majestatem nostram appellaverunt et prorogaverunt, ut de premissis decretum prefatum necnon cause huiusmodi processus in suo tenore latius disponit. In termino itaque hodierno hucusque continuato, dum partes ipse coram nobis comparerent, et terminum appellacionis attentarent ac prosequerentur, nos actis omnibus per consiliarios nostros revisis ac debite intellectis insuperque privilegio prefatorum incolarum coram nobis exhibito, examinato sententiam sive decretum commissariorum nostrorum retractandum duximus, prout retractamus, cassamusque per presentes, ac eos incolas nostros iuxta privilegia ipsorum ipsos non plus nobis et successoribus nostris ac capitaneis pro tempore existentibus laborare debere, quam privilegiis ipsorum est expressum declarantes conservamus perpetuo et in aevum hac nostra sententia deffinitiva mediante, harum quibus sigillum nostrum est appensum testimonio litterarum. Datum Gedani feria sexta post festum S. Jacobi apostoli proxima A. D. 1552 regni nostri vigesimo tercio. Joannes Ocieski regni Polonie cancellarius. Relacio Magnifici Joannis Ocieski regni Polonie cancellarii et burgrabii Cracoviensis, Sandecensis, Oltinensis capitanei. Nos itaque Stephanus rex praenominatus litteras preinsertas et earum omnia contenta intercedentibus in ea consiliariorum nostrorum intercessionibus, authoritate nostra regia in omnibus earum punctis, articulis et conditionibus, in quantum earum in possessione sint approbandas, ratificandas et confirmandas duximus, prout approbamus, ratificamus et confirmamus tenore presentium mediante, decernentes easdem litteras omnia et singula ipsarum introcontenta, atque earum usum, vim et robur perpetue et debite firmitatis obtinere debere. Harum testimonio litterarum quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Varschovie in coventu regni generali die 27 mensis Januarii A. D. 1581 regni vero nostri anno quinto. Stephanus rex subscripsit.

Lib. inscr. Bien. t. 22 str. 536-558.

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post dominicam Jubilate proxima A. D. 1581.
Oblate sunt ad officium actaque presencia capitanealia Biecensia littere decreti S. R. M. ratione infrascriptorum emanate, ex parte incolarum de villis Bialobrzegy, Suchodol, Glowienka et Kroscienko petencium easdem ex certis respectibus actis presentibus annotari; quibus officium visis in toto salvis et omni nota suspicionis carentibus, easdem actis iisdem officii sui acticandum curavit, quarum tenor sequitur talis: Stephan z borey laski krol polski, wielki xiąze Litewskye, Ruskie, Pruskye y ~~Sidmi~~ Siedmigrodzkie. Oznaimuiemy wsem wobecz y kazdemu z osobna komu to wiedzięcz należy, gdy thu przyszli do nasz poddany nasy ze wsy Kroscienka, Bialobrzeg, Suchodolu y Glowienky starosthwa Sanockiego skarzacz sie na urodzonego Jerego Mnyska z Wielkich Kunczycz krayczego stolu nasego Sokalskiego y Sanockiego starostę, isz on nie dbaiącz na decreth slawney pamięczy Zygmuntha prodka nassego miedzy antecessorem iego a poddanemy prerzeczonemy w Cracowie uczynionemy przymusza ię na ustawiczne robothy do zamku nassego Sanoka albo do folwarkow ku niemu nalezączych, czego ony nie powynny, gdysz robotha po nich iest dana decretem pomięnionem na poprawe miasta nassego Krosna, za ktore skargy stanal przed nasz wysszey pomięniony urodzony Jerzy Mnyszek starostha Sanocsky y dawal odpowiedzy na takowe skargy. My przesluchawsy pilnie z obudwu stron zachowalysmy przerzeczone poddane nasse ze wsy Kroscienka, Bialobrzegow, Suchodola, Glowienky przy decrecie wysszey pomienionym wedlug ktorego powynni za kazdy rok murow y walow mieiskich poprawowacz tak, iako potrzeba ukaze, ktorze iazu y mlyna na rzecze Wyslokw pod Krosnem mostow y gacy poprawowacz na kazdy rok wedlye powynnoszczy dawney, azeby przy thim na ynsza robothe w niesczie nie bely obraczany, tego ma doirzecz starostha nasz Sanocsky, alie then y sam nie ma ich wyczyągacz wieczey robycz do zamku Sanoka nad te trzy dny, kthore sam w decrecie, a na swiadectwo tego pieczecz nase przycisnączieśmy kazaly. Dan we Lwowye 12 dnya miesiącza Lypcza R. P. 1578 panowania nassego trzeciego.
Stanisslaus Ossowsky refferendarius scripsit.

Lib. inscr. Biec. t. 22 str. 589.

Actum in curia regali Biecensi feria secunda post festum S. Jacobi apostoli proxima A. D. 1581.
Ministerialis terrestris regni generalis providus Jacobus Kolaczkowsky de antentbio Biecensi dicto Zalanie cum nobili Johanne Czyzowsky secum comparentes coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim sue fidelis et officiose relacionis recognovit, quia sibi et prefato nobili feria secunda post dominicam Conductus Pasche proxime preterita ex parte incolarum ville Bienarowa in et contra Generosum Johannem amor filium Magnifici Johannis Ffarlo de Strzdanowyce pallatini Lublinensis et capitanei Rzinensis est protestatum et obductum, quod ipse contraveniendo mandato S. R. M. eidem ex parte eorundem incolarum per certum ministerialem oblato, non attentisque immo spretis iuribus et privilegiis ipsorum eisdem a Serenissimis regibus Polonie dive memorie graciose concessis per modernamque R. M. approbatis et confirmatis eosdem incarcerat et sepissime incarcerare fecit, angariando et compellendo ipsos ad labores insolitos ita, quod iidem cmethones coacte prestant labores quotidie in septimana et non iuxta prescriptum privilegii sui, preterea tempore certo dum incarcerati erant in villa Libuschia, prout de his protestatio latius in actis presentibus contenta canit, non contentus eo, missis et destinatis cmethonibus de villis Rozembark, Sythnyeza, Krepiennyk et Raczlawyce cum nobili Christophero Lisowsky in villam Bienarowa ad pignorandum eosdem incolas, qui ibidem fractis et dissecatis ad domos foribus multas violentias perpetraverunt, neque multas et peccora apud ipsos vi et violenter receperunt, quod sic et non aliter fieri, sibique protestatum esse idem nobilis sua personali recognitione relacionem ministerialis attestatus est.

Lib. inscr. Biec. t. 22 str. 678.

Actum in curia regali Biecensi feria quinta in vigilia Sancti Mathei apostoli et evangelistae A.D. 1582.

Honestus Iohannes Zyzka de villa Ostrowngcza miles de laneis electus obtulit ad officium et acta praesentia capitanealia Biecensia litteras mandati S.R.M. sub titulo et sigillo ac manus propriae subscriptione eiusdem R.M. ex parte eiusdem Iohannis Zyszka ratione infrascriptorum emanatas, petens easdem actis praesentibus inseri et acticari mandari. Quibus officium visis in toto salvis et omni nota prorsus carentibus easdem actis praesentibus ingrossandas curavit, quarum tenor est talis.

Stephan z laski Bozey Krol Polskij, wielkie xiasze litewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowieckie, Zmudzkie, Inflandzkie etc. Siedmigrodzkie. Wsiem wobecz komu tho wiedziecz nalezy a mianowycie urodzonemu Janowy Amyszkovy staroscie nasemu Czarnostawskiemu a vsy nassey Ostrowngcze dzierzawcy dzierzawcy y iaczym napothym bedaczym tyze wsi dzierzawczom, wiernemu Jana Zyszkę poddanego nasego ze wsy wyssey pomienionej Ostrowngcze przez rothmystrza nassego na woine wybranego, kthoremu powazaiącz wiare y czynoscz iego w sprawach rycerskich thakze niebespiczenstwa y niewczassy, ktore on z namy na przedych woynach a osoblivie therasz pode Pskowem podeimowal, a czyniacz iemu laske nasze pozwalacz iego napothem chetnieisem uczynicz wedlug uchwaly seimow przedlich a uniwersalow przesz nasz na wybieranie tych piessych wydanych iegochmy od wselakich roboth czynsow zacziegow i ynnich wselakich podathkow nam y dziedzawczy nasemu y komukolwyek powynnich wolnym uczynieli, iakosz y thym listhem nassym wolnym czyniemy, dawaiącz iemu wseliaka wolnoscz uzywanya maiethnoscy iego, kthorey on przedthem miedzy ynnimy poddanemy nasemy a nie wiecey uzywal to iesth roliei gruntu nad tho tak, passey tak liczney iako y polney, iezior, krek rabanya drewa w puszczach y liesziech nasych okromi pustossenya ich ilie na domowa wlasna iego potrzebe, a to asz do laski nasey albo iakiego ynnego na-

naszego postanowienya, czo zeby swoy skuthek wzielo do kazdego wiadomosczy tho przywodziczny konieczznie themu, ktomu tho należeczz bedzie roskazuyącz, aby then poddany y wybranyecz nasz z strony tych wolnosczy zadnego przenagabanya nye myal, any do zadney powynnosczy nie bel przymuszan, alye przi ïnych czałye y nienaruszenye bel zachowany, ktory acz-kolwiek lan roliey wymierzony ma, iednak yz go pogoracz rowno y na zlym gruncie wymierzony iesth, koniecznye mieczz chczemy, aby za okazanyem listhu tego naszego w dobrym gruncie ~~wymierzony iesth koniecznye mieczz chczemy, aby wymierzony~~ y miedzy ynnimi they wszy obivathelny, gdysz nam godnye y dobrze służył bel wymierzony, a to dlia lasky naszey pod wynamy, ktore szam od nasz postanowione, czo dlia wiary liepszey reką włanną podpysalismy y pieczecia coronną zapieczetowacz skazaly. Datum w Warschowie 16 dnia miesią-cza sierpnia roku Bozego 1582. Stephanus rex.

Honestus Albertus Wiertel de villa Przysiecky miles de laneis

1583

Actum in curia regali Biecensi feria sexta post dominicam Judica proxima A.D. 1583.

Oblate sunt ad officium presens et acta presentia castrensia capitanealia Biecensia littere mandati S.R.M. sigillo minoris cancellarie communite, ex parte incolarum ville Bynarowa occasione infrascriptorum emanate, petencium easdem actis presentibus acticari mandari, quibus officium presens visis in toto salvis, sanis et omni nota suspicionis prorsus carentibus easdem litteras actis officii sui inserendas et acticandas curavit, quarum tenor sequitur et est talis: Stephan z Bozey laski Krol Polski, wielkie xiąze Lithewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowieckie, Zmodzkie etc y Siedmigrodzkie. Urodzonemu Zigmunthowy Tharlowy z Szczekarzowycz albo sączey Wielmoznemu Janowy Tharlowy z Szczekarzowycz woiewodzie Lubelskiemu, starosczie naszemu Pilznienskiemu iak oyczu y opiekunowy iego laskie nasze krolieowska. Wielmozny uprzeimie nam mily. Uskarzaly szie szam do nasz poddani nassy ze wszy nassey Binarowey dzierzawy schyna wiernosczi twey skarzacz szie o tho przed namy, ysz ich przy prawiech ich dawnych y przi decreciech nassich, ktore od przodkow nassich maia nye zachovaya, tho iest ze ich do niezwyczaynich a ustawycznich roboth nad powinnoscz ich y decretha przodkow nassych przyciskaya, y o tho, ysz gdy się thu y do nasz w tych krzywdach swich uciekaią, thedi ich z roskazanya wiernosczy twey szadzaia y wiezieniu trapia niedbaiacz nycz na pierwne mandati nasze, ktore iako nam sprawe daly wiernosczi twey oddawaly w they sprawie od nasz, owsem miasto polieпszenia, thedy ych o tho barzey kara y szadzaią, czo ieslibi thak bylo nie moglibyszmy tego od wiernosczi twey iedno niewdziecznie y z podziwieniem prymowacz. A thak wiernoscz twą napominamy y roskazuiemy chczacz to miecz, abysz wiernoscz twa wedle praw ich zachowal, a o tho ze thu do nasz na wiernoscz twą skarzycz szie przychodza nie karal, a iesliby wiernoscz twa mial przeciwko themu mowycz, y czem pokaracz powynnoscz dalsza thych poddanich nassich, nad the

ich decreta, thedy wiernosci twey naznaczamy czasz przed sobą thu w Krakowye albo gdzie na then czasz z dworem naszym bedzie. my ze cztery niedziele po oddaniu thego mandathu naszego na ktory zebysz wiernoscz twa albo sam stanal albo przes sluge swego sprawe dal tak o tych robotach, iako y innich krzywdach, ktore sie mienią miecz, w czim my thak postąpiemy iako bendziemy rozumiely bydz naslusznej wedlye prawa y sprawiedlywosczy dlia laski naszey a powynnosczy swey ynaczey wiernoscz twa nie uczyni. Dan w Niepolomiczach 26 dnia marcza roku Bozego 1583, panowania naszego roku siodmego. Na ustne krolya Ich. rozkazanye. Nicolaus Firley de Dambrowycza castellanus Biecensis et refferendarius.

1583

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post dominicam Palmarum proxima A. D. 1583.
Oblate sunt ad officium et acta presentia capitanealia Biecensia littere mandati S. R. M. sub titulo et sigillo minoris cancellarie eiusdem R. M. ex parte incolarum et subditorum de villis Lazy, Zanecze, Maszcrova et Wolya racione infrascriptorum emanate petenciumque easdem actis presentibus ingrossari, quibus officium presens vsis in toto salvis sanis et omni nota suspicionis prorsus carentibus easdem actis officii sui inserendum curavit, quarum tenor est talis: Stephanus Dei gratia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitieque etc. necnon Transsylvanie princeps. Generoso Georgio Mniszek de Magna Kunczyce castellano Radomiensi ac Sanocensi capitaneo bonorumque nostrorum Dembovicensium tenutario, fideli nobis dilecto graciam nostram regiam. Generose fidelis nobis dilecte. Questum est nobis nomine subditorum nostrorum in villis nostris Lazy, Zanecze, Mayscrowa et Wolia commorantium tenute fidelitatis tue, quod eos fidelitas tua ad maiora subeunda onera quam ex antiqua consuetudine atque adeo ordinatione sua ratione onerum seu laborum per eos ferendorum facta ac per Serenissimos Sigismundum tum et Sigismundum quoque Augustum Polonie reges antecessores nostros et per nos eciam his temporibus confirmata debeant, adigat et compellat, quod cum non sine gravi illorum preiudicio fieri videamus, neque subditos nostros maioribus quam par est oneribus gravari velimus, admonendum Fidelitatem tuam eidemque mandandum esse existimamus, uti quidem admonemus et mandamus ne prefatarum villarum nostrarum subditos maioribus oneribus seu laboribus, quam equum est oneret, sed se potius erga eos hisce in rebus iuxta antiquum morem atque adeo iura eorum per nos uti superius dictum est confirmata gerat, neque aliquem subditorum nostrorum quod se huc ad nos questum contulerint vel carceribus mancipet, vel verberibus affligat, aut aliquid eiusmodi faciat, quandoquidem unicuique subditorum nostrorum liberum et licitum esse debeat ad nos exponendorum gravaminum suorum causa confugere, neque aliter Fidelitas tua fecerit pro gracia nostra. Datum Niepolomicis die penultima Martii A. D. 1583, regni vero nostri anno septimo. Ad mandatum S. R. M. proprium.

Lib. inscr. Brec. t. 24 str. 603.

1583

Actum in curia regali Biecensi feria tercia post dominicam Palmarum proxima A. D. 1583.

Oblate sunt ad officium et acta presentia curie regalis Biecensis littere pargamenee S. R. M. titulo et sigillo subappenso ac manus proprie subscriptione eiusdem S. R. M. communite et obsignate, ex parte incolarum de villis Wolya, Zarzecze, Mascrowa et Lazy ad oppidum Dembowiecz tenute vero Magnifici Georgii Mnyszek de Magna Kunczycze castellani Radomiensis, Sanocensis, Socaliensisque capitanei pertinentium occasione infrascriptorum emanate, petencium easdem litteras certas ob rationes actis officii presentis capitanealis Biecensis inseri et acticari mandari, quibus officium pretensum visis in toto salvis, sanis et integris nullique vicio suspicionis subiectis annuendo eorundem incolarum iuste affectioni passe litteras actis officii sui ingrossandas et acticandas curavit, quarum tenor atque verba hec sequuntur.

Stephanus Dei gracia Rex Polonie Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie, Samogitieque necnon Transilvanie princeps. Significamus presentibus litteris nostris, quorum interest universis et singulis exhibitas esse nobis litteras confirmationis Serenissimi olim Sigismundi Augusti regis Polonie antecessoris nostri in pargameno scriptas sigilloque eiusdem appenso communitas ac manus Reverendi Iohannis Przerempsky regni Polonie vicecancellarii subscriptas integras et salvas omnique suspicionis nota carentes, supplicatumque fuisse nobis, ut easdem litteras omniaque earundem contenta et nos quoque authoritate nostra regia approbare, confirmare dignaremur, atque harum quidem litterarum tenor is est. - Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Polonie, Magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie Samogitieque etc dominus et heres. Significamus exhibitas esse nobis litteras infradescriptas in papiro sub titulo et sigillo Serenissimi olim domini Sigismundi parentis nostri desideratissimi sigilloque illius appresso et manus subscriptione Reverendi olim Samuelis Macieiowsky episcopi Cracoviensis et regni nostri pronunc vicecancellarii munitas integras et nulli vitio suspicionis obnoxias, supplicatumque est nobis, ut easdem authoritate nostra regia approbare

et confirmare dignaremur, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Sigismundus dei gratia rex Polonie, Supremus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masovie etc. dominus et heres. Significamus tenore presentium, quorum interest universis presentibus et futuris, exhibitum esse coram nobis rescriptum e libro consulum oppidi Dembowiecz sigillo eorundem obsignato continens compositum et ordinationem de laboribus inter incolas aliquot villarum nostrarum infrascriptarum ad tenutam Dembowiecz Generosi Johannis Tarlo incisoris nostri pertinentium et nobilem Mathiam Gogolynszky vicecapitaneum Pilsnensem huius Generosi Johannis Tarlo quorumvis bonorum procuratorem et plenipotentem factam suppliciatumque per incolas nostros, ut eandem compositionem confirmare approbare et ratam habere dignaremur, cuius tenor est iste: Actum in pretorio Dembowiczensi Sabbato ante dominicam Ramis Palmarum A. D. 1546. veniens personaliter coram residentia nostra consulari nobilis Mathias Gogolynszky vicecapitaneus Pilsnensis ~~omnium bonorum procurator~~ et Generosi Johannis Tarlo de Szczekarzowycze incisoris regni Polonie et capitanei Pilsnensis omnium bonorum procurator unacum incolis villarum Wolya Zarecze, Materowa et Lazy, qui venientes unanimiter ratione laborum talem concordiam mutuam fecere non compulsi neque coacti animo bene deliberato recognoverunt. Inprimis incole ville Wolya agros in tres campos arare et conseminare communi grano, prout ipsi agri conseminacionem postulabunt, qui agri incipiunt a limite agri Hubynszka usque ad villam, que tendit ad horreum prediale ad latitudinem et longitudinem a fluvio dicto Wolka usque ad fluvium Dembownycza. Item incole ville Zarecze unacum incolis ville Mayerowa alios agros in tres campos incipiendo ab illa via, que tendit ad predium usque ad limitem quarte Andriczkowszka ad latitudinem et longitudinem ab horreo usque ad viam, que tendit ad Dubiabianka post fluvium Dembownycza. Item incole ville Lazy tercios agros eciam in tres campos dividendo ab illo limite quarte Andryczkowszka usque ad limitem quarte

Piecrowska ad latitudinem et longitudinem a piscina molendinali usque ad illam viam, que tendit ad Suliabianka post fluvium Dembowyczra arare et conseminare, prout necessitas temporis postulabit tenebuntur, et sic tenebuntur arare et conseminare prout boni cmetones sibi ipsis arant et conseminant. Item acervos quelibet villa ex suis roboribus et signis unicuique frumento comparare et facere tenebuntur, sed tamen dominus stramen ad acervos tenebitur ~~illi~~ illis dare. Item omnes fimos prediales ad agros ubi necessitas postulabit tenebuntur evehere quolibet anno. Item quolibet anno et quilibet cmetho robora alias bierzmo unum bonum ad longitudinem duodecem cubitorum tenebitur adducere. Item per unum par roborum aliàs krokwy, item per quatuor tygnos alias lathy, item pallos rubetha ad sepes, ubi necessitas postulabit adducere et eciam ipsi cum eis sepire tenebuntur. Item ad piscinas rubeta et pallos, quantum necessitas postulabit adducere tenebuntur, aliàs na barzty et tarassi et ipsi comparabunt et component, sed quod attinet ad dimissorià alias upusty, dominus suo sumptu tenebitur reformare solum, ipsi cmetones rubeta et pallos ad dimissoria tenebuntur advehere. Item omnes cmetones, qui equos et peccora apta ad laborandum non habent ipsi omnes in subsidium dimissi sunt. Item ligna per quatuor currus quilibet cmetho secundum decretum Regie Mtis tenebitur quolibet anno secundum capacitatem currus adducere. Item prata, que inter agros prefatos sunt posita, quelibet villa falcastrare et componere et ad predium conducere tenebitur, aliàs karda wiesz na swem szorze. Item prata, que sunt post fluvium Wysloka, ista omnia defalcastrare congregare et ad predium domini tenebuntur conducer et eciam huic feno acervos extruere tenebuntur, sed cum hec prata falcastrabuntur, dominus pro falcastracione eorum actualia cervisiè duo tenebitur illis dare. Item quod attinet canapalia, quamcunque seminabunt, iam peramplius ad laborandum ea non debent compelli. Item eciam quantum attinet eradicationem herbarum inutilium de frumentis hortis aliàs na plewienie non tenebuntur extirpare

peramplius. Item de cetero ad laborandum et alia onera non debent astringi neque compelli, nisi ad ea que sunt superius specifata et descripta minuta extracta e iure consulum oppidi Dembovicz concordans cum suo originali de verbo ad verbum. Quam quidem compositionem et ordinationem de laboribus nos ut competentem factam ratam habendam, approbandam, confirmandam duximus ita, ut approbamus confirmamus hisce litteris nostris decernentes eam per omnia robur debite firmitatis obtinere. Horum quibus sigillum nostrum est appensum et testimonio litterarum. Datum Cracovie feria quarta post festum Visitacionis Beate virginis Marie proxima A. D. 1546, regni vero nostri quadragesimo. Relatio Reverendi in Christo patris domini Samuelis episcopi Cracoviensis et regni Polonie vicecancellarii. Samuel episcopus Cracoviensis et vicecancellarius scripsit. Nos igitur Sigismundus Augustus rex annuendo supplicacioni predicte litteras suprascriptas in omnibus punctis, clausulis, articulis et condicionibus in eisdem litteris contentis et expressis authoritate nostra regia approbandas, confirmandas duximus, approbamusque, confirmamus presentibus decernentes easdem robur debite et perpetue firmitatis obtinere, in cuius rei fidem et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Varschovie 20 die mensis Septembris A. D. 1558, regni vero nostri vigesimo nono. Relacio Reverendi in Christo patris domini Johannis Prerembski nominati episcopi Chelmensis et regni Polonie vicecancellarii. Johannes Prerembsky regni Polonie vicecancellarius scripsit. Nos itaque Stephanus rex supplicationi eiusmodi, uti iuste benigne annuentes litteras preinsertas approbandas et confirmandas esse duximus, uti quidem approbamus et confirmamus hisce litteris nostris decernentes easdem earundemque contenta inquantum iuri communi seu constitutionibus publicis regni atque adeo ordinationi non repugnant robur debite firmitatis obtinere debere, atque in cuius quidem rei fidem sigillum nostrum presentibus subappensum est. Datum Niepolomicis die 20 mensis Martii A. D. 1583, regni vero nostri anno septimo. Stephanus rex subscripsit.

Lib. inscr. Bec. t. 24 Nr 603.

1583

Actum in curia regali Biecensi feria secunda post dominicam Misericordie proxima A. D. 1583.

Ministerialis terrestris regni generalis providus Jacobus Kolaczkowczki de antemurio Biecensi dicto Zalawye coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim sue fidelis et officiose relacionis recognovit, quia sibi sabbato post dominicam Conductus Pasche nuper preterito proximo ex parte incolarum villarum Lazy et Wolia Dembowiecska in et contra Magnificum Georgium Mnyszek de Magna Kunczyce castellanum Radomiensem, Sanocensem, Socaliensemque etc capitaneum est protestatum et obductum, quod ipse Magnificus castellanus Radomiensis feria ~~tercia~~ sexta post festa solennia Pasche nuper preterita proxima convocata communitate villarum supradictarum tenute sue ad curiam suam oppidi Dembowiecz eosdem vi et violenter iussit extendi, extensosque tribus servitoribus funibus vapulari et cedi ac tandem ad carceres incarcerari, quibus in diversa membra corporum ipsorum multa vulnera livida intulerunt et fecerunt, quorum stigmata ob diuturnitatem temporis in aliis iam extincta sunt, in quibus vero stigmata vulnerum lividorum nota erant in evidentius testimonium eiusdem vapulationis coram officio presenti capituli Biecensis commonstraverunt et ostenderunt. Primum laboriosus Valentinus Jaszczewyez et Josephus Stachon de Wolya Debowiecka subditi tenute promune prefati Magnifici castellani Radomiensis ostenderunt coram officio presenti stigmata vulnerum lividorum in podicibus et lateribus utrisque ac pedibus illorum nondum curata. Item laboriosus Stanislaus Biel de villa Lazy eciam subditus tenute eiusdem Magnifici castellani Radomiensis commonstravit officio presenti sinistram partem podicis et dorsum totum lividum et tumosum. Item laboriosus Johannes Yayko de Maszerowa subditus eiusdem Magnifici eciam ostendit similiter podicem lividum, necnon pedes usque ad genua livida allegans sibi per eosdem emethones eadem vulnera per famulos prefati Magnifici castellani Radomiensis de mandato ipsius funibus facta et illata, que quidem stigmata vulnerum lividorum super eisdem emethonibus officium presens debite vidit et conspexit, conspectaque suscepit

Lib. inscr. Biec. t. 24 str 630.

Actum in curia regali Biecensi feria quinta post dominicam Jubilate proxima A.D. 1583.

Incolarum villarum Krosciencko, Bialobregy.

Oblate sunt ad officium et acta presentia castrensia curie regalis Biecensis littere mandati S.R.M. sub titulo et sigillo minoris cancellarie eiusdem R.M. ex parte incolarum villarum Krosciencko, Bialobregy, Sudodol et Glowienka in capitaneatu Sanocensi iacentium occasione infrascriptorum emanate, petentium easdem litteras mandati certas ob rationes acta officii praesentis capitaneatus Biecensis inseri et acticari mandari. Quibus officium presens visis in toto salvis, sanis et illesis omnique nota suspitionis prorsus carentibus easdem litteras actis officii presentis ingrossandas et acticandas curavit, quarum tenor atque verba in hunc qui sequitur modum.

Stephanus Dei gracia Rex Polonie, magnus dux Lithuanie, Russie, Prussie, Mazovie, Livonie etc Transilvanie princeps. Generoso Georgio Mnyszek Radomiensi, Sanocensi, Socaliensique nostro capitaneo fideli nobis dilecto graciam nostram regiam in absentia eius vicecapitaneo Sanocensi. Generose fidelis nobis dilecte. Questi sunt hic coram nobis graviter incolle villarum Krosciencko, Bialobregy, Sudodol et Glowienka in capitaneatu Sanocensi iacentium subditi nostri, quod Fidelitas tua seu potius factores illius ad recompensam tam laborum, quam censuum pro iis, qui in milites pedites ex medio ipsorum sunt electi et assignati, quendam non exiguam pecunie summam ab illis extorquere contendunt et dare sibi cogunt. Cum itaque intelligemus eiusmodi rem (si quidem hec ita se habeant, ut nobis prefert) cum damno et preiudicio ipsorum maximo esse, Mandamus Fidelitati tue, ne nomine prefatorum laborum ullam solucionem pecunie in eos sibi instituat, sed quemadmodum antea iis, qui in milites inscripti sunt labores prestabant simili modo vices eorum per reliquos colonos villarum prenominatarum sibi in prestandis et obeundis laboribus adimplendis contentus sit, nec aliter nisi iuxta communem laudam ea de re sancitum sese contineat pro gracia nostra Fidelitas tua secus non factura. Datum Cracovie 28 die mensis Aprilis A.D. 1583 regni vero nostri anno septimo. Ad mandatum S.R.M. proprium. Johannes Tarnowski refferendarius scripsit.

Lib. inscr. Biec t. 24 str 638.

Actum in curia regali Biecensi Sabbato post dominicam Iubilate proximo A.D. 1583.

Oblate sunt ad officium et acta presentia castrensia capitanealia Biecensia littere mandati S.R.M. sub titulo et sigillo minoris cancellarie eiusdem R.M. ac manus propria subscriptione Reverendi Iohannis Tarnowski refferendarii S.R.M. ex parte honesti Mathie Wielgosz de villa Wolya militis de laneis electi occasione infrascriptorum emanate, petentis easdem litteras actis officii presentis ingrossari et actiari mandare. Quibus officium presens visis et inspectis in toto salvis, sanis, nullaque nota suspicionis et erroris preseferentibus, easdem actis officii sui ingrossandas et actiandas curavit, quarum litterarum tenor sequitur et est talis:

Stephan z Bozey laski Krol Polsky, wielkie xiąze Lytewskie, Ruskie, Pruskie, Mazowyeckie, Zmudzkie takze Siedmigrodzkie. Urodzonemu Jerzemu Mnyszkowy z Wielkich Kunczycz, castellanowy Radomskiemu, Sanockiemu starosczie przy naszey Woliey Dembowieckiey dzierzawczy wiernie nam milemu laske nasza Krolewską. Urodzoni wiernie nam mily, isz uczcziwy Mathysz Wielgosz ze wsi naszey Woliey Dembowieckiey dzierzawy wiernosczi twey do Starostwa Bieckiego nalieszączey wybrany za poslugę wojenna naszey Rzeczypospolitey wedlug uchwaly pospolithey Seymu walnego Warszawskiego nam y Rzeczypospolitey iako sie to z regestrow zolnierskich skarbu naszego pokazuye thudzesz, skarzel sie przed namy, ze lanu albo wloky roliey spelna nye ma. A thak roszkazuiemy wiernosczi twey y tho koniecznie myecz chcemy, aby wiernoscz twa za thym mandathem naszym przerzeczonemu Mathyszowy Wielgoszowy lan albo wlokę roliey czala a zupelna nycz nie myeszkaiacz wymierzel y wimierzycz roszkazal y przy wolnosciach wedlug lysthu iemu danego od wszeliakich powynnosczy, ktore ynny poddany naszy sam kyedy iego wykonywacz powynny, to iest od roboth, czynszow, zacziągow wszeliakich thakze thesz wolnym uzywaniu lasow y wod na domowe iego obesczie y potrzeby podlug przerzeczoney uchwaly pospolitey onego zaczowal pod laską naszą, wiernoscz twa ynaczey nie dzialay. Dan w Cracowie dnia 2 miesiącza Maya R.P. 1583, Krolowania naszego roku osmego. Za vlasne krola J.M. roszkazanie. Iohannes Tarnowski refferendarius scripsit.

Lib. inscr. Biec. t. 24 str. 642.

Actum in curia regali Biecensi feria tercia festi solennis Pentecosten A. D. 1583.

Ministerialis terrestris regni generalis providus Jacobus Kolaczkowski de antecubio Biecensi allegando secum habere alterum ministerialem terrestrem regni generalem providum Foelicem Grabar de Krzeczow coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim sue fidelis et officiose relacionis recognovit, quia sibi et prefato ministeriali die dominico proxime preterito in oppido Dembowiecz et predio sub eodem oppido sito, ex parte incolarum ville Wolya Dembowiecka est protestatum et obductum in et contra Magnificum Georgium Mnyszek de Magna Kunczyce castellanum Radomiensem, Sanocensem, Socaliensemque etc. capitaneum, quia ipsis per servitores suos nocte de feria sexta in Sabbatum nuper preterita quinque boves et duas iuvencas angariando eosdem ad labores insolitos violenter de foresta recepit et ad predium suum sub oppido prefato Dembowiecz sito abegit. Quod sic et non aliter sibi protestatum esse eosdemque boves et iuvencas in predio predicto et eiusdem predii horeo se vidisse idem ministerialis recognovit et ad officium presens in veritate retulit.

Liber. inscr. Biec. t. 24 str. 667.

Actum in curia regali Biecensi feria sexta ante festum visitacionis Beate virginis Marie proxima A. D. 1583.

Ministerialis terrestris regni generalis providus Jacobus Kolaczkowski de antenohio Biecensi dicto Zalawye cum nobili Thoma Ziethlowski secum comparente coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim sue fidelis et officiose relacionis recognovit, quia sibi et prefato nobili dic actus presentis ex parte incolarum de Byrnarowa tenute Generosi Johannis Tharlo de Szekanowyce filii Magnifici Johannis Tharlo de eadem Szekanowyce palatini Lublinensis in et contra eundem Generosum Johannem Amor et prefatum Magnificum palatinum Lublinensem uti tutorem ipsius Johannis Tharlo naturalis est protestatum et obductum, quia ipse predictis incolis de Binarowa angariando eosdem contra iura et privilegia ipsorum sibi per S. R. M. graciose largita et concessa ad labores insuetos, peccora et pecudes ipsorum propria numero triginta et unum abegit ad villamque dictam Krysz suam propriam et predium ibidem existens pellere subditis de villa Rozenbarg tenute eciam ipsius iussu factoris sui procuravit. Quamquidem abactionem peccorum et pecudum supradictorum idem ministerialis supradictus se vidisse officio presenti in veritate retulit, nobili antedicto idipsum sua personali recognitione attestante.

Liber. inscr. Biec. t. 24 str. 695.

Actum in curia regali Biecensi feria quarta post festum visitacionis Beate Marie virginis A.D. 1583.
Ministerialis terrestris regni generalis providus Iacobus Kolaczkowski de antepolio Biecensi dicto Zalawye cum nobili Thoma Zyethkowski secum comparente coram officio et actis presentibus curie regalis Biecensis in vim sue fidelis et officiose relacionis recognovit, quia sibi et prefato nobili Sabbato ipso die festi visitacionis Beate Marie virginis proxime preterito in curia oppidi Dembowiecz ex parte incolarum ville Zarzecze, Lazy et Wolya Dembowiecz[k]a in et contra Magnificum Georgium Mnyszek de Magna Kunczycze castellanum Radomiensem ~~[illegible]~~ Sanocensem, Socaliensemque etc capitaneum est protestatum et obductum, quod ipse iuribus et privilegiis ipsorum eisdem a S.R.M. benigne largitis et concessis litterisque mandatorum pro parte prefatorum subditorum, ut eos circa iura ipsorum conservaret eo nomine requisiti contemptis ad labores insolitos et curiam noviter locatam exercendos compellendo boves quatuor, equos tres eosdem pignorando per nobilem Sebastianum Boyonecz[k]i factorem suum vi et violenter recepit et ad curiam oppidi Dembowiecz abegit et pro utilitate sua convertit, neque eadem requisitus restituere vult. Qui eciam nobilis suprascriptus se circa premissa fuisse et ea ita esse sua personali recognitione relacionem ministerialis attestatus est.

Lib. inscr. Biec t. 24 str 699

Actum in curia regali Biecensi feria sexta post festum S. Laurentii martiris proxima A.D. 1583.

